

C. RONDANI

DIPTEROLOGIA ITALICA



VOL. VII, VIII

MEDIOLANI, MODENAE, FLORENTIAE  
1867—1880



W. JUNK  
BERLIN W., Sächsische Str. 68  
1914

DIPTEROLOGIÆ ITALICÆ

PRODRÔMUS

**A CAMILLO RONDANI**

VOL. VII.

- Stirps XVIII, **SCATOPHAGINÆ**: Atti della Società Italiana di Scienze Naturali, Milano. 1867. Vol. X, p. 85—135.
- „ XIX, **SCIOMYZINÆ**: Annuario della Società dei Naturalisti, Modena. 1877. Vol. XI, p. 7—79.
- „ XX, **ORTALIDINÆ**: Bulletino della Società Entomologica Italiana, Firenze. 1869—71. Vol. I, p. 5—37. Vol. II, p. 5—31, 105—133. Vol. III, p. 3—24, 161—188.



# SPECIES ITALICÆ

## ORDINIS DIPTERORUM

ORDINATIM DISPOSITÆ, METHODO ANALITICA  
DISTINCTÆ, ET NOVIS VEL MINUS COGNITIS  
DESCRIPTIS

### A CAMILLO RONDANI

IN R. ATHÆNEO PARMENSE PROFESSORE — RR. OO.  
SS. MAURITII ET LAZARI ET CORONÆ ITALIÆ EQUITE  
— R. LYCEI TECHNICI PRÆSIDE — SOCIETATIS ITALICÆ  
ENTOMOLOGICAE PRO-PRÆSIDE — ET PLURIBUS ACCADEMIS  
SCIENTIARUM ITALICIS ET EXTERIS ADSCRIPTO, ETC. ETC.

### PARS SEXTA

STIRPES XVIII—XX — SCATOPHAGINÆ,  
SCIOMYZINÆ, ORTALIDINÆ.

MEDIOLANI, MODENÆ, FLORENTIÆ  
1867—1877.



---

## SCATOPHAGINÆ ITALICÆ

### COLLECTÆ DISTINCTÆ ET IN ORDINEM DISPOSITÆ

A

prof CAMILLO RONDANI

---

#### DIPTEROL. ITAL. PRODROMI

Pars VII. Fasc. I.

---

#### DIPTERORUM STIRPS XVIII.

SCATOPHAGINÆ *Rndn*

---

Stirpis charact:

*Oculi* utriusque sexus in fronte distantes.

*Antennæ* triarticulatæ; articulo radicali aliquando non vel vix distinguendo; secundo etiamsi longiusculo numquam longiore tertio isto saepius deflexo - *Arista* in dorso articuli terlii antennarum oriens, articulo basali semper brevissimo, sequente aliquando pauli longiusculo.

*Proboscis* brevis, crassa, membranosa, inferne ad apicem plus vel minus distincte labiata.

*Palpi* non aut parum ultra epistomium porrecti, saepius subclavati compressi, vel subsufiformes, aliquando in spathulam satis dilatati

*Epistomium* vibrissis praeditum, duabus saltem distinctis validioribus

*Alarum venæ longitudinales septem, præter spurias axillares: quinque anteriores costalem attingentes; duæ primæ ad apicem satis divergentes; secunda non setulosa; quinta extrinsecus non manifeste cubitata, nec sursum incurvata.*

*Calyptra parva, squamæ inferæ a superis omnino tectæ.*

*Abdominis segmenta 3-6, latiuscula, præter apicalia parum observanda.*

*Pedes plus vel minus setosi; tibiis præsertim anticis et posticis setula erecta sub-apicali extrinsecus semper præditis.*

(Nota) Stirpis hujus, in plagiis minus borealibus, species paucæ vivunt; hic tamen posui etiam genera nonnulla speciebus instructa nondum in Italia captis, ut melius nostræ comparatione cognoscantur, et quia facilius nonnullæ hue usque non lectæ apud nos, in posterum inveniendæ.

---

## SCATOPHAGINARUM GENERA

### METHODO ANALITICA DISTINCTA.

- A. *Oculi* subrotundati vel sub-ovati non horizontales.
- B. *Antennæ* articulo tertio elongato vel ovato, raro subdisciforme, et tunc arista prope radicem non versus medium articuli sita.
- C. *Palpi* in spathulam valde compressam dilatati.
- D. *Vena longitudinalis* quinta alarum satis producta ultra apicem tertiae. - *Femora* non neque maris valde incrassata.

Gen. I. SPAZIPHORA Rndn. (\*).

Sp. Typ. *Cordylura Hydromysina* Fall.

DD. *Vena longitudinalis* tertia, contra apicem quintæ costalem attingens. - *Femora* præsertim postica maris crassissima

(\*) Hoc signo notata genera quorum species nondum in Italia captæ.

*Gen. II. STOEGERIA Rndn. (\*)**Sp. Typ. Cordylura Kuntzei Zett.*

- CC.** *Palpi etiamsi paulo compressi et latiusculi, in spathulam non valde dilatati, sœpius subclavati vel subfusiformes.*
- E.** *Aristæ articulus penultimus distinete longiusculus, et cum tertio plus vel minus cubitatus.*
- F.** *Arista subnuda vel puberula tantum - Tibiæ intus non longe villosæ.*
- G.** *Facies non inclinata, ore reflexo - Oculi ovati - Abdomen maris subtus incurvatum.*

*Gen. III. MYOPINA Desv.**Sp. Typ. Musca Myopina Fall. (Myop. reflexa Desv.)*

- GG.** *Facies inclinata, ore non reflexo. - Oculi rotundati - Abdomen non neque in mare subtus incurvatum.*

*Gen. IV. GONATHERUS Rndn. (\*)**Sp. Typ. Seatomyzza Planiceps Fall.*

- FF.** *Arista distinete pilosa - Tibiæ intus, præsertim in mare longe villosæ.*

*Gen. V. CNEMOPOGON Rndn. (\*)**Sp. Typ. Cordylura Apicalis Mgn.*

- EE.** *Aristæ articulus secundus non distinete longiusculus, nec cum tertio cubitatus.*
- H.** *Scutellum setis duabus tantum sub-apicalibus præditum.*
- J.** *Palpi seta longa apicali instructi, ab aliis satis distincta.*

*Gen. VI. CORDYLURA Mgn.**Sp. Typ. Cord: Albipes Mgn.***JJ.** *Palpi* seta satis longiore et distinctiore apicata non instructi.**K.** *Femora* antica spinis validis, in duplice serie dispositis subtus armata.**L.** *Arista* pilosa. - *Tibiæ* quatuor posteriores setigeræ.*Gen. VII. NORELLIA Desv.**Sp. Typ. Cordylura striata Mgn.***LL.** *Arista* subnuda - *Tibiæ* posteriores setis destitutæ.*Gen. VIII. ACHANTHOLENA Rndn.**Sp. Typ. Ach: Maculipeunis Rndn.***KK.** *Femora* antica etiamsi interne setigera, spinis validis biseriatim dispositis non armata.*Gen. IX. CLEIGASTRA Macq.**Sp. Typ. Cordylura Nigrita Fall.***HH.** *Scutellum* setis quatuor vel sex instructum.**M.** *Costa* alarum spinulis non distincte serrata.**N.** *Scutellum* quadrisetosum.**O.** *Vena* septima longitudinalis marginem posticum alarum non attingens. - *Pedes* cum femoribus etiam inferne subnudi.*Gen. X. GIMNOMERA Rndn. (\*)**Sp. Typ. Cordylura Tarsea Fall.***OO.** *Vena* septima longitudinalis alarum marginem posticum attingens. - *Pedes* saltem ad femora plus minusve setigeri.

*Gen. XI. TRICHOPALPUS Rndn.**Sp. Typ. Cordylura Fraterna Fall.*NN. *Scutellum* setis sex instructum, quorum duæ minores.P. *Arista* distincte pilosa.*Gen. XII. SCATOPHAGA Mgn.**Sp. Typ. Musca Stercoraria Lin.*PP. *Arista* nuda vel subnuda.*Gen. XIII. SCATINA Desv.**Sp. Typ. Scatophaga Squalida Macq.*MM. *Costa alarum* spinulis distincte serrata.Q. *Scutellum* setis sex instructum - *Antennæ* longiusculæ, deflexæ.*Gen. XIV. FUCELLIA Desv.**Sp. Typ. Scatophaga Fucorum Fall.*QQ. *Scutellum* setis quatuor præditum - *Antennæ* breves, erectæ.*Gen. XV. HELOMYZA Fall.**Sp. Typ. Hel. Rufa Fall.*BB. *Antennæ* articulo tertio lenticulari vel sub-disciforme - *Arista* versus medium non ad radicem articuli inserta.R. *Costa alarum* distincte spinulosa.*Gen. XVI. LERIA Desv.**Sp. Typ. Musca serrata Lin.*RR. *Costa alarum* spinulis distinctioribus non serrata.

S. *Epistomium* si paulo porrectum buccula distincta non concomitatum.

T. *Facies et frons* satis angustæ - *Abdomen* maris lineare et pilis hirtum - *Vena* secunda longitudinalis valde elongata, fere contra transversam exteriorem.

*Gen. XVII. THELIDA Desv.*

*Sp. Typ. Th. Diversa n.*

TT. *Facies et frons* latitudine ordinaria - *Abdomen* maris nec satis exile nec pilis hirtum - *Alarum* vena secunda longitudinalis non aut vix producta ultra transversam interiorem.

*Gen. XVIII. HETEROMYZA Fall.*

*Sp. Typ. Helomyza Flavipes Zett.*

SS. *Epistomium* satis porrectum, et buccula distincta concomitatum.

U. *Arista* distincte pubescens - *Pedes* pilosi sed non setosi.

*Gen. XIX. PHICODROMIA Stnhm.*

*Sp. Typ. Cœlopa faecorum Walhb.*

UU. *Arista* nuda. - *Pedes* pilosi et setosi.

*Gen. XX. COELOPA Mgn. (\*)*

*Sp. Typ. Cœl. Frigida Fall.*

AA. *Oculi* oblongi, subhoryzontales.

*Gen. XXI. ORYGMA Mgn. (\*)*

*Sp. Typ. Or. Luctuosa Mgn.*



*Gen. I. SPAZIPIORA Rndn.*  
*Cordylura Fall. Mgn. Zett.*  
*Cleigastra p. Macq.*  
*Hydromyza p. Schin (non Fall.)*

### Characteres Generici

*Palpi* in spathulam subpapyraceam valde dilatati, præsertim in mare; margine setuloso, sed apici seta distincta majori destituti.

*Arista* subnuda, articulo secundo non manifeste longiusculo, ad basim articuli inserta.

*Antennæ* breviusculæ, articulo ultimo ad apicem extrinsecus sub-acuminato.

*Alæ* vena secunda longitudinali, costalem attingente satis ultra transversam interiorem: tertia distincte breviore quinta; septima margini postico producta: quarta et quinta ad apicem manifeste divergentibus.

*Scutellum* setis quatuor instructum.

*Femora* inferne non setigera, quatuor anterioribus crassis, posticis minus præcedentium: metatarsi pedum posticorum non compressi.

*Genitalia* maris parum incrassata, et lobis validis non instructa.

*Sp. Typ. S. Hydromyzina Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*  
*Fallenii Schin. (Hydromyza).*

v. Descript. Zetterst. V. p. 2057.

Specimina Coll. meæ a Dania missa a Clar. Staeger.

Nondum capta in Italia.

---

*Gen. II. STOEGERIA Rndn. (1856.)**Cordylura Fall. Mgn. Zett.**Cleigastra p. Macq.**Hydromyza p. Schin. (non Fall.)*

## Char. Gen.

*Palpi* in spathulam satis compressam dilatati.*Antennæ* breviuseculæ, articulo tertio ad apicem extrinsecus acuminato.*Arista* subnuda, articulo secundo non distincte longiusculo.*Alarum* vena secunda longitudinalis costalem attingens contra transversam interiorem: tertia longa ut quinta: septima margini postice producta: quarta et quinta magis convergentes quam divergentes extrinsecus.*Scutellum* quadrisetosum.*Femora* subtus non setosa, posteriora saltem maris valde incrassata, anticus minus sequentium.*Metatarsi* pedum posticorum in utroque sexu compressi.*Genitalia* maris haud satis incrassata, et lobis validis destituta.*Sp. Typ. St. Kuntzei Zett. Stæg. Rndn.*v. Descript. Zetterst. *Cordyluræ N. 17.*

Genus Clar. Stoegerio dicatum a quo exemplaria speciei Danica accepti, nondum in Italia inventæ.

*Gen. III. MIOPINA Desv. Macq. Rndn. Schin.**Cœnosia p. Mgn. V. — Cordylura p. VII.**Anthomyza Zett. (J. Lap.) — Aricia (D. Scand.)**Musca Fall. — Corthophila p. Macq.*

## Char. Gen.

*Palpi* in spathulam non dilatati.

*Antennæ elongatæ, articulo tertio latiusculo, triplo et ultra longiore præcedentibus conjunctim.*

*Arista nuda, articulo secundo manifeste longiusculo, et cum tertio subcubitato.*

*Facies non inclinata, ore reflexo, vibrissis circiter quatuor ad unum- quodque latus epistomii.*

*Scutellum quatuor setis præditum.*

*Alarum vena secunda longitudinalis costalem attingens contra transversam interiorem.*

*Abdomen maris subtus valde incurvatum.*

*Pedes femoribus superne et inferne pilosis non setosis; metatarsis posticis in mare incurvis et paulo depresso.*

### Sp. Italica unica

*M. Reflexa Desv. Macq. Rndn. Schin.*

*Myopina Fall. Mgn. Zett.*

*Frontalis ♀ Macq. (Chortophila.)*

v. *Descript. Zett. Aricia N. 445*, cui adde:

*Arista paulo longe a basi articuli inserta. - Alarum vena transversa exterior recta, et longior distantia a margine postico.*

*Non rara prope aquas in planicie parmensi.*

*In Insubria quoque lecta a Prof. Erra et Com. d'Arco.*

(Nota) *Musca riparia Fall.* huic generi adscripta a Doct. Schiner Cœnosiis pertinet, in quibus calyprorum squamæ inferæ superis longiores.

---

### Gen. IV. GONATHERUS Rndn.

*Cordylura Fall. Zett.*

*Cleigastra p. Schin.*

### Char. Gen.

*Facies paulo inclinata, ore non reflexo - Frons paulo porrecta Epistomium setis mistacinis 3-4 ad unumquodque latus.*

*Palpi* paulo compressi, seta nulla sat distinctiore apicali.

*Antennæ* elongatæ, articulo tertio latiusculo et saltem trilongiore præcedente - *Arista* subnuda, articulo secundo distincte longiusculo sub-incurvo, et cum tertio geniculato.

*Scutellum* quatuor setosum.

*Alarum* vena septima longitudinalis margini posteriori producta.

*Pedes* femoribus inferne non nisi parce et subtiliter setosis, nec longe pilosis: tibiis intus non villosis.

*Genitalia* maris lobis validiuseculis concomitata.

*Sp. Typ.* G. Planiceps *Fall.* *Zett.* ♂: *Rndn.* ♂♀

*Friesii* *Zett.* ♀ — *Schin.* ♂♀

v. *Descriptiones Zett. Cordylurarum N. 80 et 81.*

Utriusque sexus exemplaria collectionis meæ antennarum basim plus minusvæ rufescentes præbent, de qua nota silent auctores, tamen aliis characteribus sp. istæ referenda.

Huc usque apud nos non lecta; specimina ejusdem possideo germanica a Cl. De Roser missa.

*Gen. V. CNEMOPOGON Rndn.*

*Cordylura Fall.* *Wdm.* *Mgn.* *Zett.*

*Cleigastra p. Macq.* *Schin.*

*Char. Gen.*

*Palpi* subcylindrici, setulosi, sed apici seta nulla sat majore. - *Facies* non inclinata.

*Antennæ* elongatæ, articulo tertio quadruplo circiter longiore præcedente - *Arista* distincte pilosa, seu plumosula, articulo secundo manifeste longiusculo et cum tertio geniculato.

*Scutellum* setis quatuor præditum.

*Alarum* vena septima longitudinalis margini postico producta.

*Pedes* præsertim maris, femoribus inferne, et tibiis intus pilis et setulis longis villosis.

*Genitalia maris lobis validiusculis concomitata.*

*Sp. Typica.*

*Cn. Apicalis Wdm. Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn. Schin.*

*v. Descript. Meigenii et Zetterstedtii.*

Huc usque in Italia non inventa. Specimina collectionis meæ Danica  
a Clar. Stæger missa.

---

*Gen. VI. CORDYLURA Fall. Latr. Mgn. Macq.*

*Zett. Walk. Rndn. Schin.*

*Misina Desv. — Phrosia Desv. Rndn.*

*Ocyptera p. Fab. — Musca Lin.*

*Char. Gen.*

*Antennæ* breves articulo tertio parum longiore præcedente - *Arista* distinete pilosa vel sub-plumata, articulo secundo non longiusculo *Palpi* etiamsi paulo compressi, in spathulam non satis dilatati, et apici seta longiore et validiore muniti.

*Scutellum* setis duabus tantum instructum.

*Ale* costa non spinulosa: vena secunda longitudinali non elongata usque contra transversam interiorem; septima margini postico producta.

*Pedes* præsertim in tibiis setosi, femoribus anticis setigeris vel pilosis sed non biseriatim spinosis.

*Abdomen* maris apice incrassato et lobis validis inferne præditum.

*Species Observatæ.*

A. *Palpi nigri vel nigricantes.*

B. *Tibiae omnes nigricantes.*

*Sp. 1. C. Ciliata Mgn.*

BB. *Tibiae omnes saltem late testaceæ.*

- C. *Venae* longitudinales quarta et quinta ad apicem parallelæ non paulo divergentes.  
 D. *Tarsi* punctis nigricantibus signati. - *Tibiæ* posticæ maris intus crebre sed non longe villosæ.

*Sp. 2. Pubera Lin.*

- DD. *Tarsi* punctis nigricantibus non signati - *Tibiæ* posticæ etiam maris intus non villosæ.

*Sp. 3. Impudica Rndn.*

- CC. *Venæ* longitudinales quarta et quinta extrinsecus manifeste divergentes.

*Sp. 4. Pudica Mgn.*

- AA. *Palpi* lutei vel rufescentes.  
 E. *Thorax* cum pleuris totus niger.  
 F. *Frons* partim, et *Arista* rufescentes.

*Sp. 5. Albilabris Fab.*

- FF. *Frons* tota nigra. - *Arista* nigricans.

*Sp. 6. Nigriseta Rndn.*

- EE. *Thorax* saltem ad pleuras luteus vel testaceus.  
 G. *Antennæ* ad apicem nigræ.

*Sp. 7. Fuscitibia Rndn.*

- GG. *Antennæ* totæ pallide luteæ.

*Sp. 8. Albipes Fall.*

- - - - -

## Observ. et Synon.

*Sp. 1.* Ciliata *Mgn.* *Macq.* *Zett.* *Schin.*

v. Descript. *Zetterstedtii* V. p. 1999.

Exemplar unicum speciei possideo in Germania lectum a De Roser.  
In Italia nondum species inventa.

*Sp. 2.* C. Pubera *L.* *Fab.* *Fall.* *Mgn.* *Macq.* *Wlk.* *Zett.* *Schin.*

Picipes v? *Mgn.* *Macq.*

Dejeanii v? *Desv.* *Macq.*

v. Descript. *Zett.* V. p. 1995.

Galliæ, Germaniæ, Angliæ, Scandinaviæ, etc. incola, inde facilius in Italia boreali legenda, tamen hic et nunc exemplar unicum possideo in Gallia lectum a Macquartio.

*Sp. 3.* C. Impudica n.

Habitu simiis *Pudicæ* *Mgn.* at paulo major et diversa, præcipue, venis longitudinalibus alarum quarta et quinta extrinsecus non manifeste divergentibus. Proxima etiam *Puberæ* *Lin.*, sed statim distinguenda tarsis non fusco-punctatis in scœmina, nec nigro-punctatis in mare, et istius tibiis posticis intus non manifeste villosis.

Ab utraque vero difert nostra, colore frontis toto nigro vel nigricante, non apici plus vel minus lutescente.

Cæteri characteres circiter ut in duabus hic indicatis, scilicet. - *Antennæ*, *Palpi* et *Femora* nigra - *Tibiæ* cum tarsis paulo fuscioribus testaceæ.

*Femora* maris inferne longe villosa. - *Tibiæ* posticæ intus non ciliatæ, sed tales sunt antica et intermedia.

*Palpi* non raro intus paulo rufescunt.

Non rara ad aquas palustres in agri parmensis planitie propeпадана ab Aprile ad Junium.

*Sp. 4. C. Pudica Mgn. Macq. Zett. Schin.*

V. Descript. Zetterst. V. p. 1998

Confer observationes meas in descriptione præcedentis sp.

Unicum exemplar germanicum possideo a Clar. De Roser missum —  
Italia non lecta.

*Sp. 5. C. Albilabris Fabr. Mgn. Macq. Zett. Schin.*

Scirpi Desv.

v. Descript. Zetterst. V. p. 2002; cui adde:

*Femora* antica in medietate basali setis quatuor distinctioribus inferne armata: postica, præsertim in mare, setis pariter quatuor inferne instructa, sub æque distantibus.

*Frons* magis vel minus late rufescens.

*Pedes* postici femoribus luteis etiam apice, et tibiis plus vel minus infuscatis sed non nigricantibus.

Nondum capta in Italia. - Exemplaria nostra gallica a Clar. Macquartio missa.

*Sp. 6. C. Nigriseta Mihi.*

Mas similis mari præcedentis sed notis diversis distinguendus, scilicet  
- *Arista* nigricante non rufescente: - *Fronte* tota nigra non antice rufescente - *Femorum* anticornutum setæ inferae sat exiliores; posticornutum duæ tantum, una sub-apicali, secunda minore sub-intermedia - *Color* femorum posticorum apice late nigricans, tibiarum æquali - *Alarum* vena transversa exterior valde proxima interiori magis quam apici quintæ longitudinalis.

Mares tantum raro legi mense Junio in planicie parmensi, et unum misit Clar. Spinola in Pedemontio captum.

*Sp. 7. C. Fuscitibia Mihi.*

Fœmina similis fœm: *Albipedis* Fabr., saltem colore pleuarum te-

staceo, sed cum eadem non confundenda, præsertim - *Antennæ* apici distincte nigris non totis pallide luteis, et tibiis posticis totis cum apice femorum plus minusve infuscatis.

Colore antennarum proxima videtur *Fuscipedi* Zett., sed certe diversa, femoribus in medio non infuscatis, nec anticus eorum subtus inermibus, sed setis aliquibus longis ad basim instructis, pleurisque luteis non schistaceis.

Fœminas tantum raro inveni mense Augusto in planicie parmensi, et exemplar sexus ejusdem obtinui a Prof. Piccioli prope Florentiam lectum.

*Sp. 8. Albipes Fall. Mgn. Macq. Zett. Walk. Rndn. Schin.*  
*Filipes. Desv. — Bilineata v. Mgn.*

v. *Descript. Zetterst.* V. p. 2004.

Rara tempore aestivo in agro parmensi ad aquas collinas.

---

*Gen. VII. NORELLIA Desv. Rndn. Schin.*  
*Cordylura Fall. Mgn. Macq. Zett. Walk. — Musca Puz.*

Char. Gen.

*Caput* retro oculos non manifeste elongatum.

*Palpi* in spathulam non distincte dilatati.

*Antennæ* non elongatae, articulo tertio duplo circiter longiore præcedente - *Arista* pilosa, articulis primis brevibus.

*Os* seta unica mistacina ad unumquodque latus.

*Alæ* costa non spinulosa: vena secunda longitudinali satis ante transversam interiorem costalem attingente. - *Scutellum* biscelosum.

*Femora* antica et *tibiæ* propriæ dupli serie spinarum validarum intus armata: femora posteriora ad apicem non biseriatim spinulosa, sed setis paucis tantum instructa.

*Tibiæ* omnes, quamvis parce, tamen setigeræ.

*Genitalia* maris incrassata, et lamellata.

---

## Species Observatæ.

A. *Femora* superne vitta nigra longitudinali signata.

*Sp. 1. Striolata Mgn.*

AA. *Femora* vel tota testacea, vel paulo tantum infuscata ad apicem.

B. *Arista nigra*. - *Caput* postice non nigromaculatum.

*Sp. 2. Spinimana Fall.*

BB. *Arista lutescens* *Caput* postice nigro bimaculatum.

C. *Spinae* interiores et exteriores pedum anticorum omnes nigræ et validæ.

*Sp. 3. Roserii Rndn.*

CC. *Spinae* interiores pedum anticorum lutescentes et graciliores, exterioribus nigris et validiusculis.

*Sp. 4. Bertéi Rndn.*

---

## Observ. et Synon.

*Sp. 1. N. Striolata Mgn. Schin.*

*Striata Macq. Rndn. (non Mgn.)*

v. Diagn. *Meigenii* V. 238, cui adde:

*Caput* postice nigricans sed non bimaculatum.

*Pedum* anticorum spinæ omnes nigræ et circiter ut exteriores etiam interiores validæ,

Maris *pedes* intus distincte villosi, femorum posteriorum apice, seta aliqua subtus prædicto.

Raro uterque sexus lectus prius a Doct. Bertéo, et post a me ipso, in Apennino parmensi.

*Sp. 2. N. Spinimana Fall. Mgn. Macq. Schin.*  
*Pseudonarcissi Desv. — Semiflava Pnz.*

v. Descript. Zetterstd. V. p. 2007, cui adde:

*Caput* postice ut alibi testaceum, non nigricans, nec nigro-maculatum.  
*Femora* postica et intermedia magis vel minus infuseata ad apicem.  
 Raro lecta in alpibus Insubrie a Fratr. Villa.

*Sp. 3. N. Roserii Rndn. — Mas. Long. Mill. 9.*

Magnitudine similis mari *striolatæ* sed ab hac et ab aliis diversa.

*Antennæ* cum arista distincte pilosa, luteæ.

*Capite* retro oculos nigro bimaculato.

*Thorace* testaceo, dorso et metathorace nigricantibus.

*Pedibus* totis cum tarsis testaceis, intus longe villosis; antcorum spinis interioribus et exterioribus sub-æque validis et nigris; *femoribus* posterioribus seta vix ulla apicali subtus præditis, tibiisque propriis sat parce setulosis.

*Alarum* vena quarta longitudinalis non recta sed paulo magis distans a quinta ante apicem quam in apice - Colore dilute lutescente in costa fusciore: apice non neque parum infuscato.

Specimen germanicum possideo a Cl. De Roser missum nomine distinctum. - *Flavicauda Mgn.*, sed ab hac difert. - *Thorace* testaceo fere toto. - *Arusta* lutescente non nigricante et non breviter pilosula sed pilis longiusculis prædita, præter alias notas in diagnosis nostra allatas, de quibus silet Meigenius.

*Sp. 4. N. Bertei Rndn — Fœmin. Long. Mill. 8.*

A congeneribus facillime distinguenda pedum antcorum spinis, quarum series interiores tam in femoribus, quam in tibiis, colore paleo lutescente non nigro, et magnitudine minori diversissimæ sunt.

Præterea, *antennæ* cum arista breviter pilosa, lutescentes - *Caput* retro oculos nigro bimaculatum - *Thorax* testaceus, dorso et vittis

*lateralibus nigricantibus.* - *Abdomen* luteum incisuris nigro linearis - *Pedes* postici in parte apicali paulo setosi, tali cum tarsis lutei - *Aës* venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus subparallelis, transversa exteriore ab interiori et ab apice quintæ longitudinalis fere æquidistans, etc., etc., istam ab aliis speciebus congeneribus sejungunt.

Fœminam tantum observavi a Doct. Berteo in Apennino parmensi captam.

---

*Gen. VIII. ACHANTHOLENA Rndn.*

*Norellia* p. *Schin.*

*Char. Gen.*

*Caput* retro oculos elongatum.

*Palpi* in spathulam non dilatati.

*Antennæ* mediocres, articulo tertio duplo et ultra longiore præcedente - *Arista* nuda, articulis duobus primis brevissimis.

*Epistomium* setis duabus tantum vibrissinis præditum.

*Scutellum* setis duabus instructum.

*Aës* venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus parallelis; costa non spinulosa.

*Femora* antica serie dupli setarum validarum subtus armata, exterioribus magis elongatis: quatuor posteriora in parte apicali, biseptiatim subtus spinulosa.

*Tibiæ* anticæ serie tantum exteriori spinarum instructæ; posteriores nudæ, vix setula aliqua apicali observanda.

*Genitalia* maris incrassata et lobata.

---

*Sp. Italica Unica.*

*Sp. t. A. Maculipennis Rndn.*

*Spinipes?* *Schin.* (non *Mgn.*)

Nisi eadem proxima videtur *Norelliae spinipedi Schinerii* exclus. sin.

*Meigenii*, cuius species sic nuncupata - *Thoracem* cinereum non fere totum testaceum; *Frontem* cinerascentem vitta flava, non totam flavescentem puncto ocellari nigro: *Capitis* partem occipitalem cinereum, non luteam nigro bimaculatam; et *Aristam* flavidam non nigrum præbet.

*Nostræ arista* lutea ut *Antennæ* - *Caput* flavescentis puncto ocellari nigro, et maculis duabus latis retro oculos nigricantibus.

*Thorax* testaceus, metathorace sub scutellum nigricante; et fasciis duabus longitudinalibus ad latera dorsi, atris, latis, postice bifidis, ramulis exterioribus ad radicem alarum sistentibus, interioribus in scutellum flavicantem productis, cuius latera sic nigra.

*Abdominis* dorsum nigro-nitidum, apice, genitalibus, et ventre rufo-flavis.

*Alæ* sublimpidæ, venis transversis anguste, et longitudinalibus tertia, quarta, et quinta ad apicem late fusco-limbatis, sic ut aliquando fuscedo maculam latam unicam constituat.

*Pedes* toti cum tarsis testacei, et præter spinulas femorum nigras, subnudi.

*Mares* raro legi, et semel fœminam in collibus agri parmensis, Junio et Julio.

*Gen. IX. CLEIGASTRA Macq. Rndn. Schin.  
Cordylura Fall. Mgn. Zett.*

Char. Gen.

*Palpi* non in spathulam dilatati.

*Antennæ* breviusculæ, deflexæ; *arista* nuda vel subnuda, articulis primis brevissimis.

*Ipostomium* setis marginatum præter vibrissas ordinarias 2-4 in epistomio insertas.

*Pedes* antici femoribus inferne et tibiis setigeris, sed spinis validis intus non armati: postici femoribus subtus, et tibiis sparsim quamvis parce setosis, non crebre pilosi.

*Alarum* costa non spinulosa: vena longitudinalis septima margini postico producta.

*Scutellum* bisetosum.

*Organa copulatoria* maris incrassata, et lobis mediocribus concomitata.

---

### Species Observatæ.

A. *Palpi* pallidi.

*Sp. 1. Flavipes Fall.* (non *Mgn.*)

AA. *Palpi* nigricantes.

*Sp. 2. Nigrita Fall.*

---

### Observ. et Synon.

*Sp. 1. C. Flavipes Fall. Zett. Schin.* (non *Mgn.* nec *Macq.*)

v. Descript. *Zetterst.* V. p. 2037.

In specimino a me observato, *Costa Alarum* præsertim circa apicem paulo fuscescens.

*Coxæ* anticæ testaceaæ, posteriores nigricantes; femora testacea, et tibiæ paulo fuscescentes.

*C. Flavipes* Meigenii, antennis in medio rufis, fœmina videtur *Punctipedis*. — V. Gen. *Trichopalpus Rndn.*

*Sp.* nondum capta in Italia, exemplar collectionis meæ fœmineum, in Germania captum a Clar. De Roser.

*Sp. 2. C. Nigrita Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*

V. Descript. *Zetterst.* V. p. 2030.

*Femora* omnia cum coxis nigricantia; *tibiæ* cum *tarsis* lutescentes, istis fuscoribus.

*Alarum* vena transversa exterior longa ut distantia ab apice sextæ longitudinalis.

Raro fœminas legi, primo vere in planicie agri parmensis.

---

*Gen. X. GIMNOMERA Rndn.*

*Cordylura Fall. Mgn. Zett.*

Char. Gen.

*Antennæ* breves, deflexæ - *Arista* nuda.

*Ipostomium* setis non marginatum - *Eptstomium* vix seta aliqua miscinæ præditum.

*Palpi* subcylindrici, non distincte compressi.

*Pedes* omnes et toti nudi, etiam femoribus inferne non setigeris, vix setula aliqua sat parva ad genicula et tibias.

*Scutellum* quadrisetosum.

*Alarum* costa non spinulosa: vena longitudinalis septima a margine postico distans.

*Genitalia* maris incrassata, sed lobis validis non instructa.

---

Species Typica - *G. Tarsea Fall.*

Observ. et Synon.

*Sp. 1. G. Tarsea Fall. Mgn. Zett.*

v. Descript. *Zetterst.* V. p. 2078.

Tota lutescens, tarsis obscuris, et puncto ocellari nigro.

Apud nos non lecta: specimina coll. meæ a Clar. Støger missa, et unum mas a Clar. Macquartio, illa in Dania, istud in Gallia boreali lecta.

---

*Gen. XI. TRICOPALPUS Rndn.**Cordylura Fall. Mgn. Zett.**Cleigastra Macq. Schin. p. — Nupharia p. Desv.**Hydromyza Schin. p. (non Fall.)*

## Char. Gen.

*Antennæ longiusculæ, articulo tertio triplo circiter longiore præcedente, apice extrinsecus sub acuminatæ.*

*Arista subnuda - Scutellum quatuor setosum.*

*Palpi modice compressi, seta apicali non valida sed ab aliis sat parvis distinctissima.*

*Os setis mistacinis pluribus, et inferne etiam setigerum.*

*Alarum costa non spinulosa; vena septima longitudinalis margini posteriori producta.*

*Pedes femoribus plus vel minus setosis vel setulosis, saltem partim, nec nudis, nec erekbre pilosis; tibiis sparsim setulosis.*

*Genitalia maris incrassata et lobis longiusculis prædita.*

---

## Species Observatæ.

A. *Pedes* fere toti Lutei.

*Sp. 4. Punctipes Mgn.*

AA. *Pedes* femoribus saltem late nigricantibus.

*Sp. 2. Fraterna Fall.*

---

## Observ. et Synon.

*Sp. 1. T. Punctipes Mgn. Macq. Zett. Schin.*

*Flavipes (Fœm.) Mgn. Macq. (non Fall.)*

v. Descript. *Zett.* V. p. 2046.

*Coxæ anticæ luteæ, quatuor sequentes nigricante griseæ - Pedes omnes lutescentes excepto tantum apice femorum anticorum nigro. Fœminam tantum italicam in Pedemontio captam a Prof. Genéo observavi. Alia specimina tamen possideo Danica, Germanica et Gallica, a Stœgerio, De Roser et Macquartio missa.*

*Sp. 2. T. Fraterna Mgn. Zett. Rndn. Schin.*

v. Descript. *Zetterst.* V. p. 2038.

Species huc usque non inventa in Italia, exemplaria mea danica, a Clar. Stœger missa.

---

*Gen. XII. SCATOPHAGA Mgn. Latr. Macq. Walk. Rndn. Schin.  
Scatomyza Fall. Zett. — Musca L. Fab. Pnz. Rossi.*

## Charact. Gen.

*Antennæ flexæ, elongatæ, articulo tertio triplo vel quadruplo sequente - Arista pilosa vel plumosula.*

*Palpi non dilatati, parum compressi, setulosi.*

*Os setis mistacinis pluribus ad unumquodque latus epistomii, inferne setis destitutum sed pilosum.*

*Scutellum setis sex præditum.*

*Alæ costa non spinulosa; vena septima longitudinali margini posteriori producta.*

*Femora* omnia saltem maris inferne crebre pilosa, setulis longis et exilibus pilis permixtis, sed setis validiusculis destituta - *Tibiae* distincte setigeræ.

*Genitalia* maris parum incrassata, et non lobata.

---

Sp. Italicae.

A. *Antennæ* nigræ.

Sp. 1. *Stercoraria Lin.*

AA. *Antennæ* fulvæ vel testaceæ.

B. *Femora* nulla nigricante-vittata.

C. *Vene* longitudinales quarta et quinta ad apicem manifeste convergentes.

Sp. 2. *Seybalaria Lin.*

CC. *Vene* longitudinales quarta et quinta ad apicem non distincte convergentes.

D. *Scutellum* totum, vel fere totum testaceum, basi saepe maculis duabus fuscis.

Sp. 3. *Lutaria Fabr.*

DD. *Scutellum* totum vel fere totum fuscogriseum, apice vel limbo tantum rufescente.

Sp. 4. *Inquinata Mgn.*

BB. *Femora* duo vel quatuor superne nigro vel fusco-vittata.

E. *Femora* duo antica superne nigro-vittata, non intermedia; postica serie ordinaria setarum superne instructa.

*Sp. 8. Maculipes Zett.*

**EE.** *Femora antica et intermedia nigrovittata; postica serie supera setarum destituta, saltem in mare.*

*Sp. 6. Tæniopa Rndn.*


---

**Observat. et Synon.**

*Sp. J. S. Stercoraria Lin. et Auct. omnes  
Merdaria v. Auct.*

Characteres nullos observavi sic stabiles ut distinctio specierum *sterco-*  
*rariæ* et *merdariæ* confirmata sit. Non color pilorum et tomenti a  
fulvo ad griseum gradatim vertens in mare, et diversus etiam in  
fœminis quamvis pallidior: non magnitudo sat variabilis: non pi-  
ctura pedum constans in exemplaribus innumeris, valent ad distin-  
ctionem specierum, et unicæ pertinere confirmatur observatione  
copularum frequentium, in quibus fœminis omnino æqualibus ma-  
res diversissimi conjuncti.

Species ideo Fabricii, nisi mihi ignota et Italæ non incola, cum  
Linneana conjungenda.

Color pedum a Meigenio tamquam fulvus indicatus, muta in fulvo-to-  
mentosus.

In tota Italia vulgatissima.

---

*Sp. 2. S. Seybalaria Lin. et Auct. omnes  
v. Descript. Zett. V. p. 1960.*

Character præcipuus distinctionis in venis longitudinalibus 4 et 8 ob-  
servandus, versus apicem distinete convergentibus.

Specimen unicum Alpinum, a Clar. De Cristofori Mediolanensi olim  
obtinui.

*Sp. 3. S. Lutaria Fab. Mgn. Macq. Zett. Wlk. Schin.*

*Suillia v. Fall. Zett.*

*Analis v. Mgrl. Mgn Schin.*

*v. Descriptiones Zett. et Meig.*

*Antennæ aliquando apice infuscato.*

*Scutellum* fere totum vel late testaceum, saepe basis tantum lateribus, fusco-maculatis, raro totum testaceum, aliquando basi tota non late fuscescente.

*Metathorax* saepius fuscus, non frequenter in juvenilibus luteus fusco-bivittatus, rarius totus luteus.

*Frontis vitta rufa*, aliquando paulo fusca.

*Thorax* pleuris testaceis, nunc unicoloribus, nunc fusco-maculatis.

*Abdomen* saepe rufum, lineis nigricantibus ad suturas segmentorum in utroque sexu, sed non raro fnsi tinctum, aliquando etiam late ad basim præsertim in masculis.

Varietatibus pluribus sic distinctis facile erat species diversas constitue.

Vulgaris in agro parmensi præsertim collino et montuoso, et in aliis Italæ plagiæ etiam lecta borealibus et meridionalibus.

*Sp. 4. S. Inquinata Mgn. Zett. Schin.*

*v. Descript. Zett. V. p. 1963, cui addc:*

*Antennæ aliquando fuscæ, præsertim in foemina.*

*Abdomen* pariter infuscatum non raro ad basim, apice plus vel minus late rufum.

*Scutellum* semper griseo-fuscum, tamen limbo apicali frequenter ruforescente: *Pleuræ* griseæ, vel fuscæ ut metathorax: quæ notæ istum a specie præcedente sejungunt, a sequentibus vero femoribus haud nigro-vittatis ista diversa.

Non frequens in agro parmensi a martio ad octobr'm.

*Sp. 8. Maculipes Zett.*

v. Descript. ejusd: Auct. V. p. 1964.

*Thorace* griseo-fusco cum pleuris et scutello toto aut fere toto, præcedenti similis, sed distincta.

*Abdomine* utriusque sexus nigricante, apice tantum plus vel minus testaceo.

*Ab omnibus* vero supra indicatis diversa, *femoribus* anticis semper et distincte nigro-vittatis superne.

*Frequens* in toto agro parmensi, tempore præsertim verno ed autunali. Lecta etiam in Insubria ab Erra, et in Etruria a Piccioli.

*Sp. 6. S. Tæniopa Mihi.*

*Mas*, habitu et statura similis mari præcedentis, et facile cum eodem confundendus, tamen sat diversus, præsertim:

1.<sup>o</sup> *Femoribus* quatuor anterioribus, non duobus tantum anticis nigro-vittatis superne.

2.<sup>o</sup> *Femoribus* postlicis, superne setis ordinariis serialim dispositis nullis, sed pilosis tantum, vix setula ulla sub-apicali instructis: in scœmina tamen setulosis sed parcus.

3.<sup>o</sup> *Coxis* quatuor posterioribus, macula nigra ante basim signatis.

Præterea color pleurarum magis fulvescens quam griseus: antennæ apice paulo infuscato, etc.

Sat raro exemplaria utriusque sexus in collibus agri parmensis legi.

*Gen. XIII. SCATINA. Desv. Rndn.*

*Scatophaga Latr. Mgn. Macq. Schin.*

*Scatomyza Fall. Zett.*

Char. Gen.

*Antennæ* mediocres articulo ultimo fere trilongiore secundo. — *Ari-*

*sta nuda vel subnuda, articulis primis brevibus. — Scutellum sex setosum.*

*Epistomium setis mistacinis pluribus, ore inferne setulis vel pilis marginato.*

*Alea costa non spinulosa; vena longitudinali septima marginem posteriorem attingente.*

*Pedes in maribus pilosissimi, femoribus inferne villosis sed non setigeris.*

*Genitalia maris parum incrassata et non lobata.*

### Species Italicæ.

A. *Palpi lutei vel pallidi.*

B. *Femora saltem quatuor posteriora testacea.*

#### *Sp. 1. Squalida Mgn.*

BB. *Femora omnia saltem partim nigricantia.*

C. *Os inferne sub vibrissas setulosum non pilosum tantum. — Femora postica extrinsecus serie setarum supera destituta in mare.*

#### *Sp. 2. Littorea Fall.*

CC. *Os inferne post vibrissas pilosum non setulosum. — Femora postica serie setarum supera etiam in mare extrinsecus munita.*

#### *Sp. 3. Fluvialis Mihi.*

AA. *Palpi nigricantes saltem late extrinsecus.*

#### *Sp. 4. Fontanalis Mihi.*

## Observat. Synon.

*Sp. 1. S. Squalida Mgn. Macq. Zett. Schin.*  
*Fuscinervis Zett. (In Lap.) — Incisa Macq. Rndn.*

v. Descr. Zett. (Dip. Sc.) V. p. 1972.

In qua notatur, femora antica vitta supera nigricante signata esse, quod exemplaribus nostris convenit, sed in diagnosi Meigenii nota ista oblita fuit, inde non certum est an de specie identica agatur, et forte Sc. Incisæ Macquartii Sp. squalida Zetters: referenda, diversa a Meigeniana.

Exemplaria nostra marginem oris post vibrissas setis distinctis non ciliatum præbent.

Rara in collibus et planicie agri parmensis. Exemplar quoque obtinui etruscum a Pr. Piccioli, et Pedemontanum a Genèo.

*Sp. 2. S. Littorea Fall. Mgn. Zett. Schin.*

v. Descript. Zetterst. V. p. 1975, cui adde:

*Oris latera retro mistaces ordinarios setulis marginata.* — *Femora postica maris serie supera setarum extrinsecus destituta, quibus fœmina prædicta est.*

Exemplaria collectionis meæ danica vel gallica a Clar. Stoegerio et Macquartio missa, uno tantum fœmineo excepto, olim a Com. Contarini ad littora Adriatici capto.

*Sp. 3. S. Fluvialis Mihi.*

Similis S. *Littoreæ* a qua vero facile dignoscenda, marginem oris observando retro vibrissas quatuor et quatuor, pilosum sed non setosum, et maris femora postica setis seriatim dispositis in margine supero estrinsecus munita.

Præterea corpus sat minus pilosum, magis grisescens, thoracis dorso fusco-quadrivittato.

*Facies et genæ albæ.* — *Frons* antice lutescens, postice grisea, orbitis albidis. — *Palpi* lutescentes. — *Antennæ* tolæ cum arista nigræ. *Coxæ* ut femora nigricantes grisei adpersæ. — *Tibiis* cum apice femorum, et trochanteribus, tarsisque luteis.

Alæ sub limpidæ, venis non fusco-limbatis.

Rara in planicie parmensi Aprile et Majo ad aquas fluviales et pa- lustres.

*Sp. 4. S. Fontanalis Mihi.*

A congeneribus facile distinguenda palpis nigricantibus, et pedum colore toto fusco livido tarsisque nigricantibus: præterea corpus totum grisescens; antennis nigris; facie et orbitis albidis; fronte fusa paulo antice lutescente; thoracis dorso fusco trivittato: calyptis albis; halteribus luteis.

Latera oris inferne setis aliquibus longiusculis prædita.

Femora setulosa. — Alæ limpidæ, venis non fusco-limbatis, etc. —

Pedes in juvenilibus paulo picei.

Fœminas aliquas tantum legi mense Octobre ad aquas collinas.

*Gen. XIV. FUCELLIA. Desv. Schin.*

*Halitœa Curtis Halyd.* — *Scatina* p. Rndn.

*Scatomiza Fall. Zett.* — *Scatophaga* Mgn. Macq.

*Char. Gen.*

*Palpi* non distincte compressi nec dilatati.

*Antennæ* longiusculæ deflexæ; Arista nuda vel subnuda. — *Scutellum* sex setosum.

*Os* vibrissis pluribus, et inferne setulosum.

*Alæ* costa spinulis parvis sed distinctis prædicta, una majore contra apicem venæ longitudinalis primæ.

*Femora* etiam inferne plus minusve setigera.

*Tibiæ* setulosæ præter setos apicales.

## Sp. Observatæ

**A.** *Palpi et pedes toti nigricantes.*

*Sp. 1. Fucorum Fall.*

**AA.** *Palpi intus rufescentes apice nigricante. — Tibiæ plus vel minus late rufescentes.*

*Sp. 2. Arenaria Desv.*

---

Observ. et Synon.

*Sp. 1. F. Fucorum Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin.*

v. *Descript. Zetterst. V. p. 1982.*

Non capta hic et hunc apud nos: exemplaria coll. meæ in Dania lecta a Clar. Stoeger.

*Sp. 2. F. Arenaria Desv. (ann. Soc. Ent.)*

*Fucorum. v. Fall. — Marina Macq.*

*Marittima Curt. Halid.*

*Antennæ nigræ. — Palpi extrinsecus nigricantes basi lutescente. —*

*Caput luride lutescens: fronte fusco-rufa, rufescens antice dilutio-*

*re.* *Thorax, scutellum et abdomen nigricantia, istius segmenta linea pal-*

*lida cincta ad marginem posteriorem.*

*Alæ spinulis costalibus brevibus subtus flexis, spinula costali distinc-*

*tiori erecta contra apicem venæ primæ longitudinalis; istarum se-*

*cunda non producta ultra transversam interiore; quarta et quinta*

*paralleliter decurrentibus: transversa exteriore recta.*

*Calyptra albicantia. — Halteres lutei.*

*Pedes* femoribus nigricantibus, tibiis rufescensibus: praesertim in fœminis, tarsis nigris.

Prope Neapolim lecta a Prof. A. Costa.

*Gen. XV. HELOMYZA Fall. Mgn. Macq. Zett. Walk. Rndn. Schin.  
Suillia et Leria p. Desv.*

Char. Gen.

*Antennæ* breves erectæ, articulo ultimo vel ovato, vel oblongo apice rotundato, vel raro subdisciformi et tunc arista ad basim, non versus medium articuli tertii inserta.

*Arista* pilosa vel pilosula raro pubescens tantum.

*Epistomium* vibrissis duobus tantum, raro quatuor præditum. — *Scutellum* quadrisetosum.

*Alæ* costa spinulosa, vena transversa interiore apici opposita secundæ longitudinalis.

*Tibiæ* seta unica exteriori præditæ: præter apicales.

Speciæ Italicæ.

A. *Alarum* venæ transversæ manifeste fusco-limbatae.

B. *Venæ* longitudinales tres versus apicem distincte fusco-maculatae vel fusco-limbatae.

C. *Femora* antica et dorsum *abdominis* late e distincte nigricantia.

*Sp. 1. Agaricina Mihi.*

CC. *Femora* antica et dorsum *abdominis* non distincte nec late nigricantia.

D. *Arista* brevissime pilosula vel subnuda.

E. *Arista* subnuda. — *Vibrissæ* quatuor.

*Sp. 2. Ustulata Mgn.*

EE. *Arista* pilosula. — *Vibrissæ* duæ.

*Sp. 3. Similis Mgn.*

**DD.** *Arista* pilis longis vestita.

**F.** *Tibicæ* ad apicem non manifeste infuscatae.

**G.** *Vena* quinta ante transversam interiore puncto fusco supra numerum notata.

*Sp. 4. Bistrigata Mgn.*

**GG.** *Vena* quinta puncto fusco supranumerum nullo.

**H.** *Tarsi* apice nigricantes.

**I.** *Venæ* longitudinales tres in apice alarum maculas discretas fuscas præbentes.

*Sp. 5. Flava Mgn.*

**JJ.** *Venarum* fuscedo apicalis vel sub apicalis maculam unicam latam constituens.

**K.** *Maculæ* fuscæ in unica confusæ, ante apicem hyalinum sistentes.

*Sp. 6. Rufa Mgn. (non Fall.)*

**KK.** *Maculæ* fuscæ in apice alarum non hyalino conjunctæ et confusæ.

*Sp. 7. Præusta Mgn.*

**HH.** *Tarsi* toti etiam apice rufescentes, etiam si articuli ultimi paulo obscuriores.

*Sp. 8. Affinis Mgn.*

**FF.** *Tibicæ* ad apicem plus vel minus sed manifeste infuscatae.

**L.** *Femora* intermedia ad basim spinis validis inferne armata, præter apicales.

**M.** *Spine* femorum intermediorum crebræ, plurimæ, breves.

*Sp. 9. Maxima Schin.*

MM. *Spinæ inferæ femorum intermedianarum ad basim, 8. 6. validiores*  
*in serie dispositæ.*

*Sp. 10. Tuberiperda Mihi.*

LL. *Femora intermedia inferne pilosa vel setigera, sed ad basim*  
*spinis validiusculis non armata.*

*Sp. 11. Fungorum Desv.*

BB. *Venæ longitudinales in apice alarum non fusco-maculatæ, nec*  
*distincte nec late fusco-limbatae.*

N. *Tibiæ ad apicem infuscatae. — Arista longe pilosa.*

*Sp. 12. Agnata Mihi.*

NN. *Tibiæ ad apicem non infuscatae. — Arista breviter pilosa.*

O. *Antennæ articulo ultimo sub-ovato.*

*Sp. 13. Nemorum Mgn.*

OO. *Antennæ articulo tertio subcirculari.*

*Sp. 14. Pilimana Mihi.*

AA. *Alarum venæ transversariæ haud fusco-limbatae.*

P. *Antennæ testaceæ vel fulvæ.*

Q. *Tarsi toti etiam apice fulvescentes.*

*Sp. 15. Flavitarsis Mihi.*

QQ. *Tarsi apice nigricante.*

*Sp. 16. Pallida Fall.*

PP. *Antennæ nigrae, vel nigricantes.*

*Sp. 17. Atricornis Mgn.*

## Obser. et Synon.

*Sp. 1. H. Agaricina Mihi.* — Long. Mill. 6-7.

**Fusco-ferruginea** : *Fronte* flavo-fulva ; *facie* albidinitente. — *Antennæ* fulvescentes ; *arista* brevissime pilosula. — *Os* vibrissis duabus. *Thoracis* dorsum vitta obscuriore intermedia notatum. *Abdominis* pars supera plus vel minus late et distincte nigricans, apice fusco-ferrugineo et sœpe etiam latera ferruginosa. *Alæ* paulo fusco-lutescentes, venis transversis, et tribus longitudinalibus ad apicem, distincte fusco-limbatis vel fusco-maculatis. — *Halteres* albi. *Pedes* ferruginei, femoribus anticis, in medio late infuscatis vel nigricantibus ; posterioribus aliquando paulo infuscatis ; *tarsis* ad apicem nigricantibus. **Frequens** in locis umbrosis, præsertim tempore autumnali, et sœpius in collibus agri parmensis ; frequentior propæ agaricos vel boletos in quibus forte ejus larvæ vivunt. **Fœtidissima**.

*Sp. 2. H. Ustulata Mgn. Macq. (Blephariptera) Zett. Schin.*

*Leriis* proxima charactere *aristæ* subnudæ, sed melius *Helomyzis* adscribenda articulo tertio elongato non disciformi, et insertione *aristæ* ad basim non versus medium articuli orientis. **A** congeneribus statim dignoscenda, non solum *arista* subnuda, sed etiam *ore* vibrissis quatuor non duabus instructo, etiam in *fœmina*, et *palpis* apice infuscato. **Rarissimo** lecta in agri parmensis collibus tempore autumnali.

*Sp. 3. H. Similis Mgn. VII Schin.*

*Tigrina Mgn. VI* (non *Fall.*) *Macq. Zett.*  
*Communis Desv. (Suillia).*

**Proxima** *Flavæ*, sed *arista* breviter pilosa. — *Vena* longitudinalis quinta ad apicem vix fusco-limbata, non ut in duabus præcedentibus ve-

nis macula fusca distincta observanda; et colore corporis minus pallido distinguenda.

Frequenter a me lecta a Majo et Septembrem in collibus et montuosis Apenninis et Alpinis.

*Sp. 4. H. Bistrigata Mgn. Macq.*

*Rufa, facie albicante, pleuris albidi nitentibus.*

*Antennæ fusco-rufæ, articulo tertio ovato-elongato.*

*Arista pilis medioeribus sub-plumata.*

*Frons rufo-testacea, vitta intermedia gemina, et puncto ocellari nigricantibus.*

*Alæ vix fuscescentes, venis transversis et apice trium longitudinum 3-4-5 fusco-limbatis: callo ad radicem tertiae, litura ad apicem primæ, et puncto in quinta ante transversam interiorem fuscis.*

*Pedes pallide testacei, tarsis vix apici paulo obscurioribus.*

*Abdominis dorsum nigricans.*

Fœminam unicum observavi collectionis D. Mussino forte in Liguria captam, et marem corsicanum a Clar. Spinola missum.

*Sp. 5 H. Flava Mgn. Macq. Walk.*

*Comunis p. Desv.*

Cum H. *Simili* Meig. facile confundenda, nisi arista observatur, pilis longioribus in flava vestita; sed etiam diversa, vena quinta alarum ad apicem, ut quarta et tertia, macula fusca distincta, non tantum fusco limbata.

Præterea color pallidior, et saltem apud nos *Flava* sat rarer Sp. *simili*.

Specimen unicum possideo ignotæ originis, sed facilius pedemontanum.

*Sp. 6. Rufa Mgn. (non Fall. nec Zett) Macq. Walk. Rndn.  
Apicalis Schin.*

Hec *Rufa* Fallenii non retinenda quia speciebus variis instructa (*Flava*,

Praesta, Tigrina), et icone Panzerii ab eodem citato neque generi *Helomyza* referendo: inde manet *Rufa* Meigenii, quæ a congeneribus sat distincta et a Macquartio aliisque jam acceptata.

*Hel Rufa* Zetterstedtii a Rob. Desvoidy prius nomine Fungorum nuncupata, inter synonyma istius locanda. V. Sp. 14.

*Meigeniana* species in Italia frequens. Legitur in agro parmensi præsertim collino mensibus Septembre et Octobre. Inventa etiam in Etruria a Piccioli, in Insubria ab Erra et ad Neapolim a Costa A.

*Sp. 7. H. Praesta Mgn. Zett. Schin.*

v. *Descript. Zetterst. VI. 2443.*

Maculæ fuscæ venarum in apice alæ confusæ fasciam unicam consti-  
tuentes etc.

Marem unicum possideo in montuosis Insubriæ inventum.

*Sp. 8. Affinis Mgn. Macq. Schin. (non Zett.)*  
Hilaris Zett.

*Rufa, arista* longe pilosa.

*Alæ* venis transversis distincte, et longitudinalibus 3-4-3 ad apicem dilute fusco-limbatis.

*Abdomen* incisuris nigricantibus.

*Pedes* toti testacei etiam apici tarsorum, etc.

Frequenter legitur præsertim in collibus ditionis parmensis, tempore autumnali.

*Sp. 9. Maxima Schin. - Long. Mill. 40.*

*Rufa, arista* nigro-pilosa. - *Thorax* vitta longitudinali, supera, intermedia, obscura.

*Alæ* fuscescentes, venis transversis et trium longitudinalium apice fusco-limbatis: quarta et quinta extrinsecus convergentibus: transversa exteriore obliqua et arcuata.

*Pedes* quatuor anteriores, tibiis et tarsis extrinsecus nigro-villosis; femoribus intermediis inferne ad basim spinulis numerosissimis et

*crebris, nullis longis, armatis; posticis apici et tibiis propriis ver-*  
*sus basim fusco anulatis; tarsis apice nigricantibus*  
*Unicum marem in locis Alpinis Insubriæ lectum possideo.*

*Sp. 10. H. Tuberiperda Miki - Long. Mill. 8-9.*

Colore et habitu similis praecedenti, sed minor et diversa, præcipue,  
*senorum intermediorum* basi spinis longis et validis 8-6, *cum mi-*  
*noribus, armata, non spinulis tantum numerosissimis, brevibus, et*  
*crebris. - Vena transversa exteriore minus obliqua, et minus in-*  
*curva, etc.*

Color corporis et alarum pallidior.

In tuberis cibariis, apud nos, ejus larva vivit, et majo 3 exemplaria  
 ejusdem domi orta possideo: et ejusdem specimen Etruscum a  
 Prof. Piccioli obtinui.

Fœmina pedes non villosi, ut femora non ad basim spinosa, etc.

*Sp. Gigantea* Mgn. seu *Tuberivora* Desv. Quæ in Gallia et in Ger-  
 mania devorat tuberos cibarios a nostra diversa, et hic et nunc non  
 lecta in plagis diversis Italiciis.

*Sp. 11. H. Fungorum Desv. (Suillia).*

Rufa Zett. Fall. p. (non Mgn. nec Macq.)

v. Descr. H. Rutæ in Op. Zetterst. VI, p. 244.

Nota præcipua distinctionis a pluribus congeneribus sita est in apice  
 tibiarum distincte infuseato, præsertim in pedibus anticis et posticis:  
 et difert a speciebus duabus præcedentibus, absentia ad basim fe-  
 morum intermediorum seriei setarum validarum, et penicull spinu-  
 lis brevibus et crebris instructi.

A sequente etiam diversa, abdominis incisuris nigro-lineatis, et venis  
 tribus longitudinalibus distincte ad apicem fusco-limbatis etc.

Legitur frequenter a Junio ad Octobrem in agro parmensi, et in Pe-  
 demontio inventa ab Eq. Gariglietti, et in Etruria a Prof. Piccioli.

*Sp. 12. Agnata Mihi.*(Affinis *Zett.* (non *Mgn.* nec *Aliorum.*))

**S**imilis Sp. *Affini* Meigenii, sed distinguenda incisuris abdominis non nigro-lineatis, et venis tribus longitudinalibus alarum non distincte fusco-limbatis. Notis hisce disert etiam a præcedente. Præterea colorem tibiarum, quæ ad apicem sunt infuscatae, species sequentes non præbent, et ab illis vel ipsis quoque dignoscenda, venis quarta et quinta ad apicem distincte convergentibus, etc.

Marem tantum inveni in collibus agri parmensis, tempore autumnali.

*Sp. 13. H. Nemorum Mgn. Zett.*v. Descript. *Zetterst. VI*, p. 2429.

Venæ longitudinales ad apicem alarum, aliquando anguste et dilute fusco-limbatae.

**S**p. *Simili* Meigenii proxima videtur, sed distincta non solum fuscidine venarum nulla vel subnulla sed etiam incisuris segmentorum abdominis linea nigricante manifesta, et arista etiam brevius pilosa. Non frequens in collibus ditionis parmensis, tempore autumnali.

*Sp. 14. H. Pilimana Mihi. - Long. Mill. 3.*

**M**as lutescens, *facie* albo-flavescente; *fronte* flava, puncto ocellari nigricante, vertice superne et retro oculos fusco-maculato.

**A**ntennæ ut frons flavo-fulgæ, articulo tertio subcirculari, sed arista pubescente ad radicem articuli, non medium versus oriente.

**A**lcæ dilute lutescentes, venis transversis distinctissime fusco-limbatis; costa breviter ciliata.

**P**edes fulvescentes, pilosi et setosi, tarsis apice nigricantibus: anticis superne pilis longis et exilibus ciliatis; femoribus anticis crassioribus, superne paulo infuscatis.

**A**bdomen saltem superne nigricans, apice et genitalibus fulvis. - *Halteres* albi.

Unicum marem in collibus subapenninis agri parmensis legi, tempore autumnali.

*Sp. 18. H. Flavitarsis Mihi. - Long. Mill. 3.*

*Mas rufescens, facie albicante; fronte flava.*

*Antennæ fulvæ; arista pubescente ad basim articuli tertii subcirculari inserta.*

*Alœ dilutissime sub-flavescentes, immaculatæ; costa parce et exiliter setulosa.*

*Abdominis segmenta intermedia basi obscure fusca.*

*Pedes pilosi et setulosi, omnino flavescentes etiam apice tarsorum, quamvis isti, setulis brevissimis hirtuli. - Halleres pallide lutei.*  
*Semel marem mense novembre inveni in colle ditionis parmensis.*

*Sp. 16 H. Pallida Fall. Mgn. Macq. Zett. Walk. Schin.*

v. Descript. *Zetterst. VI*, p. 2454.

Species cum varietatibus notis, sat rara in montuosis parmensibus.

Specimina aliqua tantum lecta fuerunt in Apennino a Doct. Bartéo et a me, et duo in montibus agri Brixensis inventa fuerunt a Nob. Tacchetti.

*Sp. 17. H. Atricornis Mgn. Zett. Schin.*

v. Descript. *Zetterst. VI*, p. 2457.

Species rarissima apud nos; specimina duo tantum ejusdem legi tempore autumnali in collibus.

*Gen. XVI. LERIA. Desv. Rndn. Schin.*

*Helomyza. Fall. Mgn. Zett.*

*Blephariptera Macq. - Musca Lin. De G. Rossi.*

Char. Gen.

*Antennæ breves, erectæ, articulo tertio lenticulari.*

*Arista* nuda, versus medium articuli tertii inserta, aut saltem a radice ejusdem remota.

*Epistomium* non satis porrectum, nec buccula instructum; vibrissis saltem duabus validioribus præditum, et aliquando pluribus.

*Scutellum* quadrisetosum. - *Alæ* costa spinulosa.

*Abdomen* non lineare et exile, nec pilis longiusculis hirtum.

*Tibiæ* seta unica sub-apicali extrinsecus præditæ, præter apicales.

### Species Italicæ.

A. *Alarum* vena transversa interior extra apicem sita secundæ longitudinalis, non contra nec ante.

*Sp. 1. Fenestrata Fall.*

AA. *Alarum* vena transversa interior, apici secundæ longitudinalis perfecte opposita nisi ante sita.

B. *Epistomium* præter vibrissas duas majores, setis aliquibus superiorius præditum.

C. *Femora* ut *tibiæ* rufa vel fusco-rufescens.

*Sp. 2. Serrata Lin.*

CC. *Femora* nigricantia. *Tibiæ* rufæ.

*Sp. 3. Bracata Mihi.*

BB. *Epistomium* supra vibrissas duas majores non setigerum.

D. *Alarum* costa spinulis validis serrata.

E. *Vena* longitudinalis tertia paralleliter decurrens secundæ, et a quarta sat remota.

*Femora* postica maris, intus spinulis validis in medio destituta.

*Sp. 4. Cæsia Mgn.*

EE. *Vena* longitudinalis tertia, a radice ad apicem secundæ manifeste divergens, et non sat remota a quarta.

*Femora* postica maris, intus fasciculo sub intermedio spinularum armata.

*Sp. 3. Chetomera Mihi.*

DD. *Alarium* costa breviter vel brevissime spinulosa.

F. *Tarsi* apice nigricante. - *Scutellum* plus minusve testaceum.

*Sp. 6. Læta Mgn.*

FF. *Tarsi* toti etiam apice rufi. - *Scutellum* omnino fusco nigricans.

*Sp. 7. Puerula Mihi.*

---

Observat. et Synon.

*Sp. 1. L. Fenestralis Fall. Mgn. Macq. Schin. Zett.*

v. Descr. *Zetterst. VI*, p. 2460, cui adde :

*Vena* secunda longitudinalis costalem attingens sat ante non contra transversam interiore.

*Antennarum* articulus tertius nunc fuscus, nunc ferrugineus.  
Non frequens in agro parmensis: lectus primo vere in urbe et ruri.

*Sp. 2. L. Serrata Lin. Fall. Zett. Rndn. Schin.*

*Latrinarum De G.* - *Nigricornis Mgn.*

*Domestica Desv. Macq.*

v. Descrip. *Zetterst. VI*, p. 2480.

*Abdomen* ad basim non raro plus vel minus infuscatum, et etiam femora antica leviter obscuriora aliquando observantur.

*Sp. Serrata Walkerii* aliæ pertinet.

*Linneana vulgaris* in tota Italia, in dominibus, ad fenestras et saepius in latrinis habitat.

*Sp. 5. Bracata Mihi.*

*Antennæ* nigris, basi fusco-rufis; *fronte* extrinsecus plus vel minus rufescens; *epistomio* supra vibrissas duas majores setuloso, similis *serratae* Lin. et *geniculatae* Meig., sed statura minore, et præcipue abdominis et femorum colore nigro ab iisdem et ab aliis diversa.

A *Modesta* Meig. cui proxima videtur, difert coxis, summo apice femorum, tibiis, et basi tarsorum præsertim intermediorum, rufescentibus.

*Palpi* rufi. - *Facies* luteo-rufescens. - *Halteres* albi. - *Alæ* immaculatae, costa modice setulosa, etc.

Non rara in Italia boreali et media. - *Parmæ* legitur primo vere. - In Pedemontio et Insubria inventa a Genéo et Com. D'Arco.

*Sp. 4. L. Cæsia Magn. Macq. ? Schin.*

*Epistomium* vibrissis duabus validis instructum sed superius non setulosum. — *Antennæ* fusco-rufæ.

*Frons* antice rufescens; *occipite* et macula ocellari nigricantibus.

*Thorax* fuscus, grisei adspersus, *scutello* concolore, vix et non semper summo apice lutescente.

*Alæ* sublimpidæ, vel dilutissime fuscescentes, areola venis duabus primis interposita fusco lutescente; costa spinulis validiusculis serrata: vena tertia longitudinali paralleliter decurrente a basi ad apicem secundæ, et ibi sat remota a quarta.

*Abdomen* basi nigricans et grisescens, ad apicem magis vel minus late rufum.

*Pedes* testaceo-fulvi, tarsorum apice, et femoribus anticis paulo obscurioribus.

Rara tempore autumnali in collibus agri parmensis.

*Sp. 8. L. Chetomera Mihi. - Long. Mill. 4-5.*

*Antennæ* rufæ. - *Frons* fulva. - *Facies* es genæ luteo-albicantes. -

*Epistomium* vibrissis duabus validis præditum. - *Vertex* macula ocellari et duabus intermediis cum occipite nigricantibus.

*Thorax* griseo sublutescens. - *Scutellum* præsertim ad apicem rufescens, sub translucidum.

*Abdomen* nigricans apice testaceo.

*Alæ* sublimpidæ, vitta subcostali fusco-lutea, costa spinulis validiusculis serrata: vena tertia longitudinali a basi ad apicem secundæ divergente, et ibi non sat distante a quarta.

*Pedes* toti testacei etiam apici tarsorum; femoribus posticis, in masculo, versus medium fasciculo spinularum nigrarum intus armatis.

Raro lectus uterque *sexus primo* vere et autumno in collibus ditionis parmensis. Marem quoque obtinui in agro Tridentino captum a Doct. De Bartolini.

*Sp. 6. L. Læta Mgn. Zett.*

v. Descrip. *Zetterst. VI*, p. 2452.

*Antennæ* fusco-lutescentes vel piceæ.

*Venæ* transversæ alarum aliquando levissime fusco-limbatae.

*Femora* antica extrinsecus, et *tarsi* ad apicem paulo obscura.

Frequens primo vere et tempore autumnali in planicie et collibus agri parmensis. - A Prof. Strobel in Tyrolis Italicis plaghis et a Nob. Tacchetti in Insubria montuosa lecta.

*Sp. 7. L. Puerula Mihi. - Long. Mill. 2-3.*

Maris, *Antennæ* latiusculæ, nigricantes, præsertim articulo tertio extrinsecus. *Frons* rufa, *orbitis* albidis, *vertice* et *occipite* fuscis.

*Peristomium* sub vibrissas ordinarias setis marginatum.

*Genæ* albicante sericeæ.

*Thorax* cum scutello toto fusco-cinerascens.

*Abdomen* rufescens irregulariter fusco-maculatum.

*Alæ* sub-limpidæ, costa brevissime setulosa.

*Pedes* testacei, femoribus anticis in medio infuscatis, tarsis totis etiam

apice ut pedes omnes testaceis nigris, quamvis setulis brevissimis,  
ut tibiae et femora inferne hirtulis.

Marem unicum legi tempore autumnali in planicie prope Parmam.

---

*Gen. XVII. THELIDA Desv. Schin.  
Heteromyza Fall. Zett.*

Char. Gen.

Maris *Facie* set *Frons* satis angustæ. - *Epistomium* non rettexum, nec porrectum, buccula indistincta.

*Antennæ* articulo ultimo sub disciformi, arista nuda.

*Alæ* costa non spinulosa, vena secunda longitudinali valde producta,  
tere contra transversam exteriorem - *Scutellum* quadrisetosum.

*Abdomen* angustum, elongatum, pilis longiusculis hirtum, genitalibus  
subtus flexis

*Pedes* subnudi.

Species Observatae.

*Sp. t. Diversa Mihi.*

*Oculata Schin.?* (non *Fall.* et excluso Syn. *Linearis Desv.*)

(Mas) *Antennæ* nigræ. - *Facies* fulvescens. - *Frons* rufa, orbitis paulo griseis, vertice fusco. - *Scutellum* totum nigricans.

*Alæ* vitta subcostali fusco lutea. - *Pedes* testacei femoribus anticis extrinsecus et posticis inferne fusco-nigricantibus.

Non referenda Heter. *Oculatæ* Fall., quia in mare nostro *oculi* si in fronte parum distantes tamen postice non valde proximi, non sub-contigui, et colore scutelli non luteo sed nigricante.

Non æqualis *Lineari* et *Vespertillioneæ* Desv., alis vitta fusca sub costali signatis, et femoribus anticis et posticis partim fusco nigricantibus, non illis totis limpidis, nec istis totis rufis.

*Præterea abdomen* fusco-rufum, pilis nigris hirtum, sed segmentis apicalibus nudis et pallidioribus, etc.

Unicum exemplar possideo, antennis incompletis, olim a Clar. De-Cristofori missum, in Iusubria, forte alpina, captum.

---

*Gen. VIII. HETEROMYZA Fall. Mgn. Zett.*

*Zett. Wlk. Rndn. Schin.*

*Char. Gen.*

*Antennæ* breves, erectæ articulo ultimo lenticulari, *arista* nuda, versus medium non ad basim articuli inserta.

*Facies* et *Frons* latitudine ordinaria. - *Epistomium* vibrissis saltem duabus validiusculis instructum, paulo sed non satis porrectum, nec buccula præditum.

*Alæ* costa non manifeste setigera: vena secunda longitudinali parum producta ultra transversam interiorem. - *Scutellum* quadrisetosum.

*Abdomen* non exile, nec pilis hirtum.

*Tibiae* seta unica erecta sub-apicali extrinsecus præditæ, præter spinulas terminales.

---

*Species Italicae.*

A. *Arista* articulis primis indistinetis, tertio basi non incrassato.  
*Tarsi* maris non dilatati.

*Sp. 1. Flavipes Zett.*

AA. *Aristæ* articulus penultimus paulo elongatus, tertius basi breviter sed satis crassus. - *Tarsi* antici maris dilatato-depressi.

*Sp. 2. Tarsalis Wahlb.*

---

## Observ. et Synon.

*Sp. 1. H. Flavipes Zett. Schin.*v. Descript. *Zetterst. VI*, p. 2468.

*Alæ costa paulo fusca, macula intermedia inter venas duas longitudinales primam et secundam, callo ad originem venæ tertiaræ, et limbo transversarum fuscis.*

*Tarsi antici nigricantes, metatarso luteo; posteriores lutei apice fusco. Rara in collibus agri parmensis tempore autumnali.*

*Sp. 2. H. Tarsalis Wahlb. Zett.*v. Descript. *Zetterst.* loco citato, cui adde:

Maris, pedes antici striga supera in femoribus, et tibiis tarsisque totis nigricantibus; istis distinete dilatato depresso et sat longioribus tibiis propriis: quatuor posteriores toti testacei etiam apice tarsorum.

*Alæ costa non fusca, cœterum ut in flavipede.*

Semel marem inveni in colle ditionis parmensis.

*Gen. XIX. PHYCODROMYA Sthn. Schin.**Cælopa Zett. Halid. Rndn.**Malacomya Halid. (1838, Ann. Nat. Hist.)*

Char. Gen.

*Antennæ breves, articulo tertio rotundato, arista distinete sed breviter pilosula. - Facie excavata. - Buccula parva adest.*

*Epistomium porrectum setis parvis instructum.*

*Oculi paulo ovati et obliqui sed non horizontales.*

*Alæ venis quinque costalem sejunctim attingentibus: costa non spinulosa: vena septima margini postico producta.*

*Scutellum quadrisetosum.*

*Pedes pilosi sed non setosi; seta exili erecta sub apicali tibiarum extinsecus præditi.*

---

### Species Observatæ.

A. *Thorax* etiam ad humera, et *scutellum* etiam apice grisea vel griseo-fusca.

*Sp. 1. Scyomyzina Halid.*

AA. *Torax* humeris, et *scutellum* apice rufescens.

*Sp. 2. Meridionalis Mihi.*

---

*Sp. 1. P. Hydromyzina Halid, 1832. (Entom. Mag.)*

*Fucorum Whlb. Zett. 1847. Schin:*

v. Descript. Zetterts. VI, p. 2474.

Specimen anglicum a Clar. Haliday missum, possideo, cuius characteres omnino convenient cum diagnosi auct. sup. cit. - Nondum in Italia capta.

*Sp. 2. P. Meridionalis Mihi.*

Magnitudine et habitu similis *Scyomyzinae* Halid. sed diversa, præcipue: *Thorace* non toto fusco-griseo, et partim pleuris antice, testaceis.

*Scutello* pariter apice lutescente non toto fuso; et *Capite* omnino rufescente, puncto ocellari nigro.

*Abdomen* maris nostri fulvescens non lividum, vix lateribus ad basim fusco-vittatis, non in medio obscurum: *Antennæ* articulo ter-

tio ferrugineo non nigro: *Tibiæ* intermediane intus crenatae et longe villosæ.

*Abdomen* fœminæ pariter fulvum, incisuris distincte nigricantibus: *Antennæ* articulis primis rufis, ultimo fusco subnigricante.

Utriusque sexus, *pedes* fulvescentes, tibiis anticus apice fusco; tarorum articulis primis basi fulvis apici obscurioribus, ultimo nigro. Specimen utriusque sexus ad littora Melitæ capta a Doct. Schembri possideo.

---

**Gen. XX. CÆLOPA** *Mgn. Fall. Macq. Zett. Sthm. Wlk. Rndn. Schin.*  
*Copromyza Fab.*

Char. Gen.

*Antennæ* breves articulo tertio rotundato; *arista* nuda, versus medium, non ad radicem articuli inserta.

*Epistomium* porrectum; *buccula* distincta, et setis mistacinis pluribus validiusculis præditum: *facie* excavata.

*Oculi* sub rotundati, inde non horizontales.

*Alarum* venæ quinque costali productæ; costa non spinulosa: vena septima marginem posticum attingens. - *Scutellum* setis quatuor instructum.

*Pedes* setosi et pilosi; tibiis seta erecta sub-apicali, etiamsi sat exili, extrinsecus distincta.

---

Species Typica.

*Sp. 1. C. Frigida* *Fabr.?* *Fall. Mgn. Macq. Zett. Sthn. Rndn. Schin.*

v. Descript. *Zetterst. VI*, p. 2472.

*Sp. Frigida* Haliday et Walker ab hac diversa juxta Observ. Stenhamari, et nomine *Eximia* ab eodem nuncupata.

Frigida vera in Italia non lecta huc usque, sed forte legenda, quia a Macquartio lecta in Gallia, cujus originis Clar. auct. exemplar mihi transmisit, omnino simile exemplaribus danicis a Clar. Stæger acceptis.

---

*Gen. XXI. ORYGMÆ Mgn. Macq. Zett. Walk. Rndn. Schin.  
Psalidomya Dmrc.*

Charact. Gener.

*Antennæ* breves, distantes, sub margine frontis insertæ, articulo ultimo sub-ovato; *arista* nuda, ab origine articuli paulo remota.

*Epistomium* reclinatum, setis mistacinis lateralibus, parvis, inferne munitum.

*Oculi* ovati, horizontales, vel fere.

*Alæ* costa non ciliata; venis longitudinalibus quinque costali productis; septima marginem posticum non attingente. - *Scutellum* quadrisetosum.

*Pedes* setigeri, præsertim in femoribus et tibiis posticis.

---

Spec. Typica.

J. O. Luctuosa *Mgn. Macq. Zett. Wlk. Rndn. Schin.*

v. Descript. *Zetterst. VI*, p. 2870.

Nondum in Italia capta: exemplar collectionis meæ danicum a Clar. Stæger missum.

---

## GENERUM ET SPECIERUM

## INDEX.

<i>Achantholena Rndn.</i>	pag. 102	— <i>Flavipes Zett.</i>
— <i>Maculipennis Rndn.</i>		— <i>Tarsalis Whlb.</i>
<i>Cleigastra Macq.</i>	" 103	<i>Leria Desv.</i> pag. 124
— <i>Flavipes Fall.</i>		— <i>Bracata Rndn.</i>
— <i>Nigrita Fall.</i>		— <i>Cæsia Mgn.</i>
<i>Cneiopogon Rndn.</i>	" 94	— <i>Chetomera Rndn.</i>
— <i>Apicalis Wdn.</i>		— <i>Fenestralis Fall.</i>
<i>Cœlopa Mgn.</i>	" 133	— <i>Læta Mgn.</i>
— <i>Frigida Fall.</i>		— <i>Puerula Rndn.</i>
<i>Cordylura Fall.</i>	" 95	— <i>Serrata Lin.</i>
— <i>Albilabris Fabr.</i>		<i>Myopina Desv.</i> " 92
— <i>Albipes Fall.</i>		— <i>Reflexa Desv.</i>
— <i>Ciliata Mgn.</i>		<i>Norellia Desv.</i> " 99
— <i>Fuscitibia Rndn.</i>		— <i>Bertéi Rndn.</i>
— <i>Impudica Rndn.</i>		— <i>Roserii Rndn.</i>
— <i>Nigrieta Rndn.</i>		— <i>Spinimana Fall.</i>
— <i>Pubera Lin.</i>		— <i>Striolata Mgn.</i>
— <i>Pudica Mgn.</i>		<i>Orygma Mgn.</i> " 134
<i>Facellia Desv.</i>	" 114	— <i>Luctuosa Mgn.</i>
— <i>Arenaria Desv.</i>		<i>Phycodromya Sthmr.</i> " 131
— <i>Fucorum Fall.</i>		— <i>Meridionalis Rndn.</i>
<i>Gymnomera Rndn.</i>	" 105	— <i>Hydromyzina Halid.</i>
— <i>Tarsea Fall.</i>		<i>Scatina Desv.</i> " 111
<i>Gonatherus Rndn.</i>	" 93	— <i>Fontanalis Rndn.</i>
— <i>Planiceps Fall.</i>		— <i>Fluvialis Rndn.</i>
<i>Helomyza Fall.</i>	" 116	— <i>Littorea Fall.</i>
— <i>Agarcina Rndn.</i>		— <i>Squalida Mgn.</i>
— <i>Affinis Mgn.</i>		<i>Scatophaga Mgn.</i> " 107
— <i>Agnata Rndn.</i>		— <i>Inquinata Mgn.</i>
— <i>Atricornis Mgn.</i>		— <i>Lutaria Fabr.</i>
— <i>Bistrigata Mgn.</i>		— <i>Maculipes Zett.</i>
— <i>Flava Mgn.</i>		— <i>Seybalaria Lin.</i>
— <i>Flavitarsis Rndn.</i>		— <i>Stercoraria Lin.</i>
— <i>Fungorum Desv.</i>		— <i>Tæniopa Rndn.</i>
— <i>Maxima Schin.</i>		<i>Spaziphora Rndn.</i> " 91
— <i>Nemorum Mgn.</i>		— <i>Hydromyzina Fall.</i>
— <i>Pallida Fall.</i>		<i>Stægeria Rndn.</i> " 92
— <i>Pilinana Rndn.</i>		— <i>Kuntzei Zett.</i>
— <i>Præusta Mgn.</i>		<i>Thelida Desv.</i> " 129
— <i>Rufa Mgn.</i>		— <i>Diversa Rndn.</i>
— <i>Similis Mgn.</i>		<i>Trichopalpus Rndn.</i> " 106
— <i>Tuberiperda Rndn.</i>		— <i>Fraternus Fall.</i>
— <i>Ustulata Mgn.</i>		— <i>Punctipes Mgn.</i>
<i>Hæteromyza Fall.</i>	" 130	



SPECIES ITALICÆ  
ORDINIS DIPTERORUM

(*Muscaria Rnd*)

---

STIRPIS XIX SCIOMYZINARUM

revisio a

Prof. CAMILLO RONDANI

---

Stirps SCIOMYZINAE Rndn.

SCIOMYZIDES, Fall. Zett - DOLICOCERA, Latr. Macq.

HELOMYZIDES, p. Ww. - TETANOCERIDÆ Bigot.

SCATOMYZIDÆ, p. Fall. etc.

Stirpis charact:

*Oculi* in utroque sexu remoti.

*Antennæ* triarticulatæ, saepius erectæ, arista dorsuali.

*Proboscis* brevis, crassa, membranosa, subtus labiata.

*Palpi* non aut parum producti ultra epistomium, filiformes, vel paulo sub-clavati, numquam in spathulam dilatati.

*Epistomium* setis validiusculis destitutum, vel nudum vel sub-nudum, aut vix genis ad latera vel inferne pilosulis aut brevissime setulosis.

*Alarum* venæ longitudinales sempit, quarum quinque anteriores costalem attingunt: prima distincta et completa, non ad apicem interrupta, nec in callositate diffusa: secunda nuda non neque brevissime ciliata: ista et proœdente in costali semper magis vel minus distantibus.

*Calyptra* parva, aliquando vix distinguenda.

*Abdominis* segmenta 5-6 distincta, præter apicalia parum observanda.

*Pedes* parce setosi, tibiis tamen saltem anticis et posticis, seta vel setula erecta sub-apicali extrinsecus distinguenda (1).

---

### *Generum Italicorum distributio*

A. *Oculi* oblongi, sub-horizontales.

*Facies* tota ab antennis ad os inclinata.

B. *Antennæ* articulo ultimo apice obtuso, non mucronato.

*Alarum* vena ultima postica margini produota.

#### G. I. PELIDNOPTERA Rndn 1856

Sp. typ. *Sciomyza nigripennis*, Mgn.

BB. *Antennæ* articulo ultimo, apice mucronato.

*Alarum* vena ultima postica abbreviata, longe a margine sistens.

#### G. II. TRIGONOMETOPUS, Macq.

Sp. typ. *Tetanocera frontalis*, Mgn.

AA. *Oculi* vel rotundi, vel sub-ovati, sed non horizontales.

*Facies* non aut vix, aut partim tantum inclinata.

C. *Venæ longitudinales* alarum quarta et quinta valde extrinsecus convergentes, et apici approximatæ.

#### G. III. EGGIZONEURA, Rndn 1861

Sp. tip. *Lucina fasciata*, Mgn.

CC. *Venæ* alarum quarta et quinta non aut vix ad apicem convergentes, nisi paulo divergentes.

(1) Vida Notam (1) post tabulam analiticam generum.

- D. *Scutellum* macrochetis duobus tantum armatum.  
E. *Antennarum* articulus secundus circiter longus ut tertius.  
*Arista* crebre pilosula, articulo penultimo non paulo longo.

G. IV. DICHETOPHORA Rndn 1868.

Sp. typ. *Tetanocera oblitterata* Fab.

- EE. *Antennarum* articulus secundus satis longior tertio.  
*Arista* sub-nuda, articulo penultimo longiusculo.

G. V. SEPEDON Latr

Sp. typ. *Syrphus sphægeus* Fab.

- DD. *Scutellum* setis validiusculis quatuor armatum.  
F. *Epistomium* buccula supra os non manifesta.  
G. *Vena transversa* exterior distincte obliqua, et valde sinuosa, in formam S. flexa.

G. VI. ELGIVA Mgrl.

Sp. typ. *Tetanocera dorsalis* Fab.

- GG. *Vena transversa* exterior non aut parum sinuosa et obliqua.  
H. *Antennæ* ad apicem penicillo setarum ornatae.

G. VII. COREMACERA Rndn 1856

Sp. typ. *Tetanocera marginata* Fab.

- HH. *Antennæ* penicillo apicali setarum destitutæ.  
I. *Arista* nisi sub-nuda pubescens vel pilosa, sed tam superne quam inferne.  
K. *Antennarum* articulus secundus setulis aliquibus distinctioribus instructus, tam superne quam inferne.

G. VIII. TETANOCERA Dmrl.

Sp. typ. *Scatophaga cherophylli* Fab.

KK. *Antennarum* articulus secundus setis distinctioribus  
destitutus, saltem superne.

G. IX. SCIOMYZA Fall.

Sp. typ. Sc. obtusa Fall.

II. *Arista* superne tantum distincte pilosa.

G. X. CTENULUS Rndn 1856

Sp. typ. Opomyza pectoralis Stæg.

FF. *Epistomium* buccula manifeste præditum.

L. *Alarum* vena ultima postica satis aut valde abbreviata

M. *Antennarum* articulus primus saltem longus ut secun-  
dus: ultimo valde elongato, apice obtruncato.

G. XI. LAUXANIA Latr.

Sp. typ. Musca cylindricornis Fab.

MM. *Antennarum* articulus primus distincte brevior secun-  
do, nisi brevissimus: tertius non valde elongatus,  
nisi sub-ovatus, et apice rotundato.

N. *Facies* plana nisi paulo excavata, non sub-carinato-  
gibbosa, et lateribus omnino nudis.

G. XII. SAPROMYZA Fall.

Sp. typ. Sap. bipunctata Mgn.

NN. *Facies* tumida, scilicet gibbosso-sub-carinata, et late-  
ribus serie setularum ciliatis.

G. XIII. PROSOPOMYIA Lw.

Sp. typ. Pros pallida Lw.

LL. *Alarum* vena ultima postica usque ad marginem pro-  
ducta.

O. *Areolæ basales* alarum non distincte elongatæ ultra  
originem venæ quartæ longitudinalis.

P. *Costa* alarum non spinulosa.

G. XIV. EXOCHEILA Rndn 1857

Sp. typ. *Heteromyza buccata* Fall.

PP. *Costa* alarum spinulosa.

G. XV. ACTORA Mgn.

Sp. typ. *Act. aestuum* Mgn.

OO. *Areolæ* basales alarum distincte elongatæ ultra originem venæ quartæ longitudinalis.

G. XVI. DRYOMYZA Fall. (2)

Sp. typ. *Musca flaveola* Fab.

---

G. I. PELIDNOPTERA Rndn. 1856

*PHOEOMYIA* Schin 1862 - *OTITES* (prt.) Macq.

*SCIOMYZA* p. Fall. Mgn. - *OSCINIS* p. Latr.

*SCATOPHAGA* et *MUSCA* p. Fab.

Char. Gen.:

*Facies* ab. origine antennarum ad os tota inclinata.  
*Oculi* oblongi, sub-horizontales.

*Antennæ* breves sub-flexæ, articulo tertio sub-ovato:  
secundo breve; primo brevissimo: Arista vix puberula.

*Epistomium* buccula non instructum

*Scutellum* setis quatuor armatum.

*Alæ* costa non spinulosa: vena secunda longitudinali parum producta ultra transversam intermedium; septima margini postico producta.

Genera *Toxoneura* Macq., et *Palloptera* Fall. in stirpe *Loncheinorum* invenienda, ubi translata fuerunt, pro absentia setulæ erectæ sub-apicalis in tibiis anticis, et posticis.

(2) Ab hoc genere sejuncta sp. *anilis* Fall., quæ typica erit generis proprii in stirpe *Ortalidinarum*, cui referenda, notam considerando vena secundæ longitudinalis alarum, crebre quamvis breviter ciliatae.

V. in hac stirpe Gen. *Neuroctena* Rnd.

*Pedes pubescentes, parce setulosi, sed tibiis quatuor posterioribus setulas non nullas longiusculas præbentibus.*

Sp. Ital. unica.

Sp. 1. P. *nigripennis* Fab. Fall. Mgn. Zett. Rndn. Schin.

*Fusco-ferruginea, epistomate paulo albicante:*

*Antennæ et frons luteo-ferrugineæ - Palpi pallidiuscul.*

*Alæ brunneo-fuliginosæ, ad costam saturatores: venis longitudinalibus quarta et quinta ad apicem sub-convergentibus.*

*Pedes brunnei, tarsis pallidioribus.*

*Halteres fusci petiolo pallido.*

Non frequenter lecta in montuosis alpinis, et etiam in Apenninis Italiæ centralis et mediæ.

---

G. II. TRIGONOMETOPUS Macq. Schin. Rndn.

TETANOCERA Mgn. Vol. 6.

OXYRHINA Mgn. 7. Zett.

Char. Gen.:.

*Frons satis porrecta: Facies valde declivis.*

*Antennæ erectæ, articulo ultimo longiusculo, apice mucronato; penultimo breve sub-cyatiforme; primo brevissimo: arista longa sub-nuda, vel vix puberula.*

*Genæ setis aliquibus exiguis; buccula non observanda.*

*Oculi ob-ovati, horyzontales.*

*Scutellum quatuor setosum - Calyptra minima.*

*Alarum vena ultima postica abbreviata, et longe a margine sistens: quarta et quinta extrinsecus parallelis.*

*Pedes femoribus anticis longe setosis: tibiis quatuor posterioribus extrinsecus non setulosis, intermediis apici tantum spinulosis, posticis setula erecta sub-apicali.*

Sp. Italica unica. (1)

Sp. 1. T. *frontalis* Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.

Sub-testaceus, fronte pallidiore, lineis duabus longitudinalibus obscuris.

*Antennæ* ferrugineæ; arista albicante, basi fusca.

*Thorax* lineis duabus dorsalibus sub-ferrugineis, frontales continuantibus.

*Abdominis* segmenta postice plus minusve infuscata.

*Halteres* pallide testacei.

*Alæ* paulo fusco-lutescentes, venis transversis, et appendicula sub longitudinalem quintam, fusco-limbatis; transversa intermedia apici opposita secundæ longitudinalis.

*Pedes* corpore concolores.

Raro legitur in Italia media et australiæ, et etiam in Sicilia inventus.

### G. III. EGGIZONEURA Rndn 1861

LUCINA Mgn. Macq Schin. (exclus: Syn. SAL-TICELLA Desv) Rndn. 1856 (2).

Char. Gen:

*Antennæ* breves sub-deflexæ, articulo tertio breviter ovato, fere duplo longiore præcedente, arista nuda.

*Oculi* sub-rotundati: *Frons* paulo porrecta, in vertice tantum setigera; *Epistomium* paulo reflexum, buccula non distincta.

*Scutellum* setis quatuor præditum.

*Alæ* costa non spinulosa; venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus satis convergentibus et apici approximatis: areola ultima axillare angulo infero producto et acuminato.

(1) *Sciomyza fuscipennis* Mgn, habitu et colore similis *nigripenni*, sed satis diversa est, nec congener: et *Ortalidinis* referenda pro charactere venæ secundæ alarum ciliatæ, et generice *Lignodesia* vocata.

(2) Nomen *Lucina* fam pro Gen. Molluscorum adhibitum 1791.

*Femora postica* distinete incrassata.

*Anus* maris genitalibus inflatis et sub-inflexis.

Sp. Ital. unica.

Sp. l. T. *maculipes* Rndn:

Proxima E. *hispanicæ* Mgn. a qua vero difert notis pluribus, Scutelli, Abdominis, Pedum etc. ut in diagnosi sequente.

*Antennæ* rufo-sub-ferrugineæ, articulo tertio superne saltem basi nigricante. - *Palpi* lutescentes.

*Frons* luteo-flavicans, vitta nigricante intermedia longa ut oculi: in parte anteriore prope singulum oculum puncto impresso: facie et epistomio albidis, sericeis.

*Thorax* dorso fusco-griseo, vittis fuscoribus plus minusve distinctis, exterioribus in maculas sæpe divisis: pleuris pallidis sub-sericeis.

*Scutellum* rufescens, in medio obscurum - *Halteres* albidi.

*Alæ* dilutissime lutescentes, areola secunda in costa saturatione: venulæ transversæ intermediæ macula, et exterioris puncto antico fuscis.

*Abdomen* fuscum, paulo grisescens, nec fasciis transversis, nec incisuris segmentorum nigris: genitalibus maris rufis.

*Pedes* testacei paulo albidi variegati, femoribus posticis, præsertim in mare satis crassis; in utroque sexu subtus parte apicali biseriatim spinosa:

Tibiis anticis et posticis apice, et femorum inaeulis sub-apicalibus fuscis, præsertim posticorum: femoribus anticis subtus irregulariter infuscatis: intermediis spinula apicali, et duabus antice armatis:

Tarsis testaceis, articulis apicalibus fuscis vel nigricantibus.

Rara in Italia centrale, media, et australiæ.

d. *Venae longitudinales tertia et quarta rectae vel sub-rectae.*

Sp. 3. *pusilla* Fall.

dd. *Venae longitudinales tertia et quarta manifeste incurvae.*

Sp. 4. *curvina* m.

bb. *Tarsi omnes late pallidi.*

Sp. 5. *pallidimana* m.

---

Sp. 1. *S. subsultans* Lin. Fab. Mgn. Macq. etc.

*curvipes* Latr. Longit. mill. 2-3.

*Nigra, sub-opaca, sub-nuda, pedibus varicoloribus.*

*Antennarum arista longa, nuda.*

*Scutellum scabriculum sed margine non spinuloso.*

*Abdominis segmenta lateribus et margine postico albidi exiliter marginatis.*

*Aliae sub-limpidae, venis fuscis, quarta longitudinalis contra praecedentem extra flexa, et apici producta.*

*Pedes postici satis longi, femoribus crassiusculis, metatarso incrassato dilatato, et paulo longiore articulo sequente etc.*

*Vulgaris in totae Italiae stercore, praesertim equino.*

Sp. 2. *C. coronata* Zett. Stnhm. Schin. — Long. mill.  $2\frac{1}{2}$ , circiter.

Parum minor praecedente, et duplo saitem major specie *pusilla* sequente, sed praecipue distinguenda a *subsultante*, scutelli margine spinuloso, non scabriculo tantum: femoribus posticis nec elongatis nec incrassatis: vena quarta longitudinale praecedenti parallela non versus ipsam flexa: venae quartae segmento penultimo fere triplo, non parum longiore praecedente.

A *C. pusilla* etiam difert praeter staturam satis majorem, areola axillare antica non neque parum breviore postica: praeterea ab omnibus congeneribus statim dignoscenda halteribus nigricantibus, et etiam pedibus totis nigris non luride rufescensibus nec varicoloribus.

Exemplar observatum germanicum a Clar. Kowartz missum, sed forte in plagiis borealibus Italiae sp. legenda.

Sp. 3. *C. pusilla* Fall. Zett. Stnhm. Schin.

*scabricula* Halid. Long. mill. 1  $\frac{1}{4}$ .

Nigro-fusca, sub opaca : dorso *thoracis* tenuissime sub-granulato, et brevissime et parce pallide hirtulo.

*Scutellum* sub-scabrum, margine brevissime spinuloso; spinulis circiter octo in medio serrato.

*Alae* sub-limpidae, paulo albicantes, venis obscuris, quarta longitudinale sub-recta et paralleliter tertiae ad apicem decurrente: costae segmento secundo saltem bilongiore tertio.

*Halteres* pallide lutescentes, vel sub-albicantes.

*Pedes* fusco-testacei vel picei, coxis, femoribus late, et basi tibiarum pallidioribus, sub-lutescentibus : metatarsis posticis crassiusculis et paulo longioribus articulo secundo.

Non rara in tota Italia etiam insulare.

Sp. 4. *C. curvina* m. Longit. mill. 1.

Luride fusca, fronte scutelloque sub-ferruginantibus, facie pallidiore.

*Thoracis* dorsum, ut scutellum brevissime et parce pallide hirtulum.

*Scutelli* margine spinulis brevissimis circiter octo in medio denticulato.

*Alae* limpidissimae decolores: vena costale pallide lutescente, caeteris venis omnino decoloribus: costae segmentum secundum paulo sed non duplo longius sequente: vena tertia longitudinale leniter, quarta satis incurvata ante apicem alae costam attingentibus. — *Halteres* albicantes.

*Pedes* toti luride picei, metatarso posticorum paulo incrassato et parum longiore articulo secundo.

Semel lecta in agro parmense.

(*Nota*). — Similis videtur sed ut puto non aequalis *Borbore hyalipenni* Meigenii, quia nostra minor, et pedes sordide piceos non rufos praebet; praeterea, scutelli margo in *curvina* spinulosus; non solum vena quarta longitudinalis sed etiam tertia quamvis minus incurvata, et ambae ante apicem alae in costam decurrunt, et alias notas possidet in sp. meigeniana non indicatas.

Obs. et Synon.

Sp. I. S. *Sphægeus* Fab. Rossi Fall. Pnz Mgn. Zett. etc.  
rufipes Fab. Pnz - palustris Latr.

Niger nitidus, non raro paulo sub-cærulescens: capite  
vero semper cerulescente - *Palpi* nigri.

*Antennae* nigræ, arista albida basi testacea.

*Thorax* paulo grisei adspersus, lineis duabus superis  
nigricantibus.

*Scutellum* apice sæpius paulo ferrugineo.

*Alae* vix dilute sub-flavidae, venis transversis leniter  
infuscatis.

*Pedes* rufo-ferruginei, coxis nigris, tarsis apice fuscis.

Sp. 2. S. *Spinipes*. Scop. Rossi Schin. Rndn.

Hæffneri Fall. Mgn. Macq. Zett.

Ferrugineus Duf.

Testaceo-sub-ferrugineus, epistomate pallido, albo-ni-  
tente.

*Antennae* rufescentes apice nigro, arista basi rufa  
apice albida - *Palpi* flavo-rufi.

*Frons* fulvo-flavescens, maculis duabus nigris ante api-  
cem: facie sub-antennas nigro-bipunctata.

*Thorax* dorso cinerei adperso, et fusco-lineato.

*Halteres* fusco-lutei, petiolo pallido.

*Abdominis* dorsum serie intermedia punctorum fusco-  
rum.

*Alae* pallidissime lutescentes, ad costam flavi mar-  
ginatae: venis transversis paulo fusco-limbatis.

*Pedes* toti pallide testacei.

Frequenter legitur in tota Italia.

---

G. VI. ELGIVA Mgri Rndn. Schin.

TETANOCERA Fall. Mgn. Macq Zett. Lw.

SCATOPHAGA p. Fab. - Dictia Fab. (non Desv).

CHIONE p. Desv.

MUSCA Lin. Scop. Rossi Pnz.

Char Gen.:

*Antennae* erectae, longae circiter un caput, articulis duobus ultimis longitudine parum diversis: articulo secundo, saltem superne, setis aliquibus instructo: tertio in dorso, magis vel minus excavato: arista pubescens vel breviter pilosa.

*Scutellum* setis quatuor armatum.

*Alarum* vena ultima postica ad marginem producta, transversa exteriore valde sinuosa, circiter in formam S.

*Pedes* femoribus magis vel minus setosis vel spinulosis, tibiis subnudis, apici tantum setulas praebentibus.

Sp. Italicae.

- A. Arista subnuda vel puberula, non pilosula.
- B. Vena quinta longitudinalis puncto fusco nullo notata praeter nigredinem venarum transversarum.
- C. Femora antica et postica subtus in parte apicali spinulosa, in utroque sexu.

S. I. *rufa* Pnz.

- CC. Femora postica tantum spinulosa, anticis piligeris, vel setigeris.

Sp. 2. *cucullaria* Lin.

- BB. Vena quinta longitudinalis, praetor nigredinem venarum transversarum, puncto aliquo fusco vel nigricante notata.
- D. Puncta nigricantia venae quintae aliqua inter duas venas transversas, et aliqua in parte exteriore distributa.

E. *Arista testacea*.

*Antennarum articulus secundus parum brevior tertio.*

Sp. 3. *dorsalis* Fab.

EE. *Arista albicans*.

*Antennarum articulus secundus paulo longior tertio.*

Sp. 4. *albiseta* Scop.

DD. *Puncta nigricantia venae quintae aliqua tantum inter duas venas transversas.*

Sp. 5. *lateritia* Rndn.

AA. *Arista manifeste pilosula*.

Sp. 6. *Turquii* Rndn.

Diagn. at Synon :

Sp. 1. E. *rufa* Pnz. Lw. Zett. Schin. Rndn.

*cuncullaria* Fab. Fall Zett. ( Ins. Lap. )

Ferruginea; epistomio albicante - luteo; fronte fulvescente, linea utrinque testacea et sulco medio nitido, antice inter antennas et oculos macula fnsca, puncto nigricante ad unumquodque latus praecedente.

*Arista* basi rufescens, apice albicans.

*Thoracis* dorsum grisescens, lineis quatuor testaceis.

*Alae* sub-flavescentes, venis transversis late fusco-cinctis: sub apicem venae longitudinalis tertiae, macula dilute fusca, et intra apicem alae aliis maculis absoletissimis 2-3 notatae.

*Pedes rufescentes*: femoribus anticis et posticis subtus spinulosis.

Non frequens in Italia superiore et media.

Sp. 2. E. *cucullaria* Lin. Lw. Zett, Rndn. Schin.

Mgn. ( exclus. synon ).

Ferruginea, epistomate albo-nitente et notis pluribus similis praecedenti, a qua tamen certe distincta, praecipue femoribus anticis inferne non spinulosis.

*Praeterea thorax in cucullaria fusco-sub-griseus, non*

rufo-ferruginosus, et *antennarum* articulus secundus fere longitudinem non superans sequentis, et haud manifeste longior ut in rufa, speciem facile distinguunt.

Raro lacta in Italia centrale.

S. 4. E. *dorsalis* Fab. Mgn. Zett. Lw. Schin Rndn  
punctipennis Fall.

Ferruginea, epistomio albido, fronte flavo-lutea, punctis nigris ad basim setarum, et vitta incompleta media testacea.

*Antennae* cum arista rufo-testacea; articulo secundo subbreviore tertio.

*Thorax* grisescens, dorso fusco-lineato, lateribus vitta albicante.

*Alae* turbidae, costa a vena prima ad apicem fusco-lutescente, basi flavicante: vena transversa intermedia saturate fusco cincta: exteriore ad utrumque apicem fusco-punctata: quinta longitudinali punctis fuscis 2-3 inter venas transversas, et unico extra notata.

*Pedes* rufo-testacei, tibiis anticis aliquando ad apicem infuscatis; femoribus posticis in mare tantum subtus spinulosis.

Frequenter legitur In Italia superiore ed media.

Sp. 4. E. *albisetata* Scop. Schin. Rndn  
aratoria Fab. Mgn. Macq. Zett.  
ruffifrons Pnz. - interstincta Fall.

Rufo-testacea, facie et genis albidis, fronte flavescente nigro-punctata ad originem satarum, et mactula nigricante signata inter oculos et antennas: istae rufae, arista albicante.

*Thorax* dorso testaceo vitta utrinque alba, et in medio albidi paulo vittato et fusco lineato: pleuris albo-griseis.

*Alae* circiter ut in præcedente, costa tamen minus fusca, et punctis venae quintae inter transversas ad summum duobus.

*Pedes colore corporis, femoribus posticis in mare subtus spinulosis, etc.*

A praecedente cui similis, colore albo aristae, articuloque secundo antenarum paulo longiore tertio, praecipue distinguenda: sed difert etiam colore corporis dilutiore; statura paulo majore; costa alarum minus infuscata, punctis fuscis venæ quintae ad summum tribus; pedibus semper unicoloribus, tibiis apice numquam infuscato etc.

Non rara in Italia superiore, magis infrequens in centrale et media.

Sp. 5. E. *lateritia* Rndn.

Statura et habitu similis *dorsali*, a qua vero distingueda characteribus pluribus, et praecipue;

*Antennarum* articulo tertio distincte obscuro, praecedente rufo-testaceo: et arista parte basali rufescente, apicali albida: etc.

*Alarum* punto nullo nigricante extra venam transversam exteriorem.

Aliæ notae speciei sunt.

*Antennarum* articuli duo ultimi aequi longi, apicali late obtruncato.

*Frons* flavo-rufa, utrinque prope oculos nigro-tripunctata, punctis duobus anterioribus inter radicem antennarum et oculos sitis: punto ocellari et macula occipitis, nigricantibus; vitta intermedia fusca parum perspicua.

*Thorax* in medio dorsi paulo cinerei adspersus, vittis quatuor fusco-testaceis, distinctis; pleuris cinereo-canis, fascia longitudinali testacea.

*Alarum* costa vix paulo fusco-lutescens, spatio tamen primis duabus venis interposito magis luteo flavidus: vena quinta longitudinalis inter duas transversas normaliter puncto unico fusco notata: transversis ut in *dorsali* infuscatis.

Pedes testacei, tarsorum anticorum articulis tribus ultimis, et posticorum apicali tantum obscure fuscis; tibiis, etiam anticis non infuscatis ad apicem: in masculis tantum femoribus inferne spinulosis pedum posticorum; anticis superne et inferne setigeris

Raro lecta in Pedemontio a Pr. Bellardi; In Italia centrale a me ipso, et in Australi (Prov. Campania) ab Eq. Garbiglietti.

---

Sp. 6. E. *Truquii* Rnd. 1863.(1)

Sp. a congeneribus faciliter distinguenda, *arista* pilis longiusculis vestita. non subnuda nec puberula tantum; Proxima tamen statura, colore, et aliis notis E. *albisetæ* Scop; scilicet *aratoriaæ* Fab et Mgn, sed difert non solum pilositate aristæ sed etiam istius colore rufescente, ad basim annulo fusco signatae, non in parte apicali albicanis.

Difert etiam vena quinta puncto unico fusco notata inter duas transversas ordinarias.

Aliæ notæ circiter ut in *albisetæ*.

Fæminas duas tantum observavi, unam in Sardinia captam a Spinola, alteram omnino similem in Soria, prope Damascum ab Eq. Truqui lectam.

---

G. VII. COREMACERA Rndn. 1856.

TETANOCERA Dumr. Fall. Mgn. Macq. Zett. etc.

LIMNIA p. Desv. et p. Schin. (2)

Char. Gen.

*Antennæ* peniculo apicali setarum instructæ: longæ circiter ut Caput; articulis duobus ultimis longitudine parum

(1) Archivio per la sostng. m. V. numen.

(2) Genus Devoidii non adoptandum insufficiens characterum, et nomen eliminandum, quia jam adest in Zoologia consonum *Limnia*, præter plura pseudo-omonima *Limnias*, *Limnius*, *Limnas*, *Limnium*, *Limnea*, *Limneus* etc.

diversis, penultimo lato et compresso, ultimo superne excavato et apice acuminato, plus minusve breviore secundo.

*Arista* distincte pilosa - *Buccula* ad os non distincta.

*Alarum* vena secunda longitudinalis producta ultra transversam intermedium; septima postica marginem attingens.

*Scutellum* setis quatuor instructum.

*Pedes* simplices, femoribus posticis, in mare tantum, subtus spinulosis vel setigeris.

Sp. *Italicæ*.

- A. *Pedes* toti, cum femoribns, rufescentes vel testacei.  
*Alœ* costa obscure et pallide maculata.
- B. *Alœ* pallidæ, et totæ, sed dilute fusco-reticulatæ.

Sp. *J. cincta* Fab.

- BB. *Alœ* fuscæ punctis maculisque plurimis pallidis; fasciis aliquibus transversis fuscis, impunctatis.

Sp. *2 stictica* Fab.

- AA. *Pedes* saltem in femoribus nigricantes.  
*Alarum* costa nigricans vel fusca immaculata.
- C. *Alœ* basi pallida, disco punctis et maculis albicantibus paucis et parum distinctis.

Sp. *3. bivittata* Macq.

- CC. *Alœ* etiam basi obscuræ, punctis numerosissimis et distinctis, pallidis, totæ conspersæ.
- D. *Alœ* punctis pallidis non confluentibus: lineolas, rivulos, ocellos, et lunulas, non efformantibus.

Sp. *4. Marginata* Fab.

- DD. *Alœ* punctis pallidis varie confluentibus: lineolas, rivulos, ocellos, et lunulas efformantibus.

Sp. *5. confluens* n.

---

Diagn. et Synon:

Sp. 1. C. *cincta* Fab. Mgn. Schin. Rndn.

Testacea, *facie* albidi sericea; fronte lutea; maculis duabus magnis, oblongis, nigris prope medium oculorum. et etiam margini antico inter radicem antennarum et oculos nigro-maculata, maculis vitta nigricante supra antennas decurrente, conjunctis.

*Antennæ* rufo-lutescentes, apice, et peniculo setarum nigris: Arista albicante, basi lutescente.

Thorax dorso lineis exilibus, pluribus, griseo luteis ornato.

*Alarum* costa, ad radicem contra apicem venæ secundæ fusca immaculata; extra fusi et pallidi alternatim maculata: alibi color pallidus totus fusco reticulatus: apice usque ad venam quintam fusco limbato, et venis transversis paulo fusco-cintis.

Pedes omnes et toti pallide testacei.

Nondum in Italia capta, sed facilius invenienda.

---

Sp. 2. C. *Stictica* Fab. Rndn (non Mgn. nec Macq.) Lw.

*Mannii* Schin.

« Caput ferrugineum, punctis tribus frontalibus nigris. Antennæ ferrugineæ; seta sub-plumata albida: os albidum. Abdomen pallide testaceum maculis aliquibus obscurioribus. Alœ magnæ fuscae, punctis numerosissimis albis; punctum minutum in medio, lineolaque transversa nigra distincta. Pedes testacei » (Fab. Syst. Anthl.)

Descriptioni istæ Fabricianæ studendo, *Tetanoceram sticticam* Meigenii et Macquartii, ab hac sejungendam esse videtur, præcipue pictura frontis in typica nigro-tripunctata, non maculis duabus nigris signata. Contra, nota ista frontis et alteræ *sticticæ* Fabricii, in Sp. *Mannii*

Schin: observantur; et si de peniculo apicali antennarum Fab: non loquitur; hoc non probat differentiam specificam a Schinerio adoptatam, nam auctor svecicus de hac nota silet etiam in diagnosibus congenerum. ex: gr. *marginatae* et *cinctae*, quarum antennae certe penicillatae; inde Sp. *Mannii* in Synon. *sticticae* locavi.

Raro Sp. *lecta* In Italia boreale et centrale.

---

Sp. 3 *C. bivittata* Macq. Rndn.

Ut in descriptione Macquartii legitur, species sic a congeneribus distinguenda,

Similis *marginatae*. Thorax ad unumquodque latus vitta albo-flavescente marginatus.

Abdomen fusco-testaceum, vitta dorsuali obscuriore.

Aloë basi pallida, maculis albis parum distinctis et parum numerosis.

Sp. a me non visa; et in Sicilia capta a Le-fevre.

---

Sp. 4. *C. marginata* Fab. Mgn. Macq. Lw.

Zett. Wlk. Schin. Rndn.

Crinicornis Fall.

Nigricans, Thorace paulo grisei adsperso: *epistomate* albido: fronte flavescente, maculis duabus latis, pyriformibus prope medium oculorum, et apice inter basim antennarum et oculos vitta nigricante variata, proter punctum verticis nigrum.

Antennœ in prominentia, a fronte distincta, satis porrecta, orientes, flavo-rufescentes, apice et peniculo setatum nigris; arista alba basi, flavescente.

Thorax dorso grisescente, nigro-minutissime punctulato.

*Alæ* fuscae, crebre albo-punctatae, costa nigra, limbo posteriore fusco; nervis transversis, fusco-limbatis: punctis albicantibus, sub-aequalibus, sub-aequo distantibus.

Pedes nigricantes, vel fusco-picei, genubus omnibus, tibiarum praesertim intermediarum basi, plus minusve late et distincte pallidis, intermedii totis vel fere totis.

Frequenter legitur in tota Italia.

---

Sp. 5. C. *confluens* n.

Similis habitu, statura, colore corporis et pedum etc. præcedenti, et cum eadem facilime confundenda, sed distincta præcipue pictura alarum, nam in hac specie guttae albidae confluentes sunt, sic ut lineas, rivulos, ocellos, lunulas etc. efficiant.

Præterea in unico exemplare observato, antennæ a prominentia oriuntur, vix ultra lineam impressam qua a fronte se jungitur, producta.

Caeteris notis vix a *confluente*, *marginata* distinguenda.

In colle ditionis parmensis, semel marem legi.

---

G. VIII. TETANOCERA Dmrl. Mgn. Macq. Fall.

Zett. Wlk. Lw. Rndn. Schin.

OREGOCERA p. Rndn - Limnia p. Schin.

PHERBINA p. Desv. - OSCINIS p. Fab.

SCATOPHAGA et DICTIA Fabr. p.

MUSCA Scop. Pnz. Rossi.

Char. Gen:

Antennæ circiter longitudine capitis, erectæ: articulo secundo compresso, latiusculo, et saltem superne setis ali quibus distinctis prædicto: ultimo vel superne paulo excavato, vel sub-conico.

*Arista* plumosula, vel pilosa.

*Scutellum* setis quatuor præditum.

*Alarum* venæ longitudinales quarta et quinta non distincte extrinsecus convergentes: septima postica margini producta: transversa exterior sub-recta, vel paulo incurva, non valde sinuosa.

*Femora* postica maris subtus setulosa vel spinulosa.

Sp. Italicæ.

**A.** *Antennarum* articulus ultimus duplo circiter brevior præcedente.

Sub-Gen. OREGOCERA Rndn.

A. *Costa* alarum obscura, punctis vel maculis pallidis signata.

B. *Frons* vitta lucida intermedia destituta:

Sp. 1. *cribrata* Rndn.

BB. *Frons* vitta intermedia lucida distincta.

C. *Alœ* totæ pallide punctatae, fascia nulla transversa fusca sub-impunctata

*Fumigata* Scop.

Sp. 2. *rufifrons* Fab.

CC. *Alœ* fascia fusca transversa sub-impunctata.

Sp. 3. *irrorata* Macq.

AA. *Costa* alarum nigricans, non pallide maculata.

Sp. 4. *Unguicornis* Scop.

**B.** *Antennarum* articulus-secundus non, aut vix longior tertio, nisi brevior.

Sub-Gen. TETANOCERA Dmrl.

A. *Alœ* fusco-reticulatæ, vel punctis plurimis fuscis aut pallidis variegatæ.

B. *Alœ* magis vel minus fuscae, pallide punctatæ vel maculatæ.

- C. *Pedes* pallidi, femorum annulis duobus, et tibiarum apice fuscis.  
Sp. 5. *Umbrarum* Lin.
- CC. *Pedes* toti pallidi, vel apice femorum tantum fusco-notato.
- D. *Femora* apice fusco-notata, vel non.  
*Frontis* vitta intermedia lucidanulla.  
Sp. 6. *punctulata* Scop.
- DD. *Femora* semper unicoloria.  
*Frontis* vitta intermedia lucida distinctissima.  
Sp. 7. *variegata* Fall.
- BB. *Alœ* pallidae maculis et punctis fuscis, sparsis.
- E. *Antennarum* articulus ultimus paulo brevior præcedente. *Alarum* vena septima postica punctis fuscis concomitata.  
Sp. 8. *coryleti* Scop.
- EE. *Antennarum* articulus ultimus plus minusve longior præcedente.  
*Alarum* vena septima postica punctis fuscis nullis concomitantibus.
- F. *Alarum* costa maculis latis nigricantibus, spatiis brevibus interpositis sub-albidis.  
Sp. 9. *vittigera* Schml.
- FF. *Alarum* costa maculis fuscis parvis, distantibus, in fundo dilute lutescente.  
Sp. 10 *punctata* Fab.
- AA. *Alœ* non fusco-reticulatæ, nec pallide aut fusi guttae.
- G. *Antennarum* articulus ultimus paulo brevior præcedente:  
*Facies* sub radicem antennarum lineolis duobus impressis, inter sulcos ordinarios.  
Sp. 11. *foveolata* Rnd.
- GG. *Antennarum* articulus ultimus magis vel minus longior præcedente.

*Facies infra radicem antennarum lineolis impressis non observandis.*

H. *Frons* in margine anteriore puncto nigricante prope oculos signata utrinque.

*Tarsi* antici toti, vel fere toti nigricantes.

Sp. 12. *punctifrons* Rndn.

HH. *Frons* in margine anteriore, punctis nigricantibus non notata, etiamsi aliquando fusco-limbata.

*Tarsi* antici vix apici nigricantes.

I. *Costae* alarum spatium inter duas venas primas nigricans, nigredine in margine continuata.

Sp. 13. *nigricosta* Rndn.

II. *Costae* alarum spatium inter duas venas primas lutescens vel flavescens, etiamsi extrinsecus costa nigricans.

K. *Costa* alarum ab apice venæ secundæ ad quintam obscure fusca.

Sp. 14. *elata* Fab.

KK. *Costa* alarum non aut parum versus apicem infuscata, vel venis longitudinalibus 3. 4. 5. apici fusco-cinctis.

L. *Frons* tota fucata, lucida.

Sp. 15. *levifrons* Lw.

LL. *Frons* partim aut vittis tantum fucatis, lucidis.

M. *Frons* limbo anteriore vittisque fucatis, alibi flavescens, opaca.

Sp. 16. *Sylvatica* Mgn

MM. *Frons* vittis tantum, non etiam limbo antico, fucatis.

Sp. 17. *ferruginea* Fall (1)

Species T. *Zelleri*, et *nubila* Löewii, prima in Agro Neapolitano, secunda in Sicilia lectæ, nec visæ, nec earum diagnoses consulere potui,

(1) Dycia umbrarum Fab. Spec-satis diversa. et alio Generi referenda.

V. ejusdem diagnosim in syst. Anthliat

Diagn. et Synon.

Sp. I. T. *cribrata* Rndn.

Fusca; epistomio albicante, impunctato: *Fronte* porrecta, lutea, margine antico inter radicem *antennarum*, et oculos nigricante, punctisque nigris ad originem setarum, et supra *antennas* vittis parvis duabus intermediis fuscis: vitta nulla lucida distincta.

*Antennae* totæ nigræ vel nigricantes; articulo penultimo satis lato, duplo et ultra longiore ultimo, isto parvo subtrigono: arista plumosula, alba, basi anguste rufescente. *Palpi* pallidi.

*Thorax* dorso paulo griseo, minutissime nigro-punctulato, et vitta dorsuali obscura.

*Alœ* nigricantes, costa a vena prima ad quintam nigredine saturatiore, supra venam tertiam punctis quatuor albidis parvis et distantibus notatae: alibi crebre et minute pallidi punctulatae et guttulatae, prope venas longitudinales et circa marginem posteriorem guttulis latioribus.

*Pedes* nigri vel nigricantes, tibiis et tarsis ad basim magis vel minus pallidis sub-albicantibus.

Rarissimo inventa In Italia superiore et centrale.

---

Sp. T. *fumigata* Scop.

Rufifrons Fab. Macq. Zett. Rnd. Schin.

Reticulata Fall.

Testacea, epistomate albo-micante, lineola nigra intermedia sub-radicem *antennarum*: fronte flava, antice inter oculos et *antennas* nigra: post apicem utrinque pone oculos macula sub-rotundata et alia trapeziiforme in medio verticis nigris, pallidi marginatis: vitta intermedia lucida, paulo fusca.

*Antennae* articulo penultimo pallido saltem late in-

ferne; ultimo obscure rufo: arista pubescente alba, basi anguste lutea.

*Thorax* dorso fusco, sub-griseo, minutissime nigro-punctulato, et maculis aliquibus parvis nigricantibus; utrinque fascia cana circumscripto.

*Abdomen* testaceum, leve, varie fusco-tinctum.

*Alæ* fuscæ, albidi varie guttulatæ, costa nigricante, punctis quatuor distantibus, ab apice venæ secundæ ad apicem tertiae, albis: et alio puncto albo inter venam primam et secundam: vena transversa exteriore paulo sed parum sinuosa, circiter æquidistante ab intermedia et ab apice quintæ longitudinalis.

Frequens in tota Italia, tamen magis abundat in superiore.

---

Sp. 3. *T. irrorata* Macq.

Sic a Cl. auctore descripta.

« Similis *rufifronti*; Vitta frontali lucida antice nigra, postice rufa: articulus tertius antennarum conicus.

*Thorax* utrinque fusco-bilineatus.

*Alæ* fuscæ, maculis albis; fascia obscura ad  $\frac{2}{3}$  longitudinis, et maculas duas nigras includente »

Sp. a me non observata, in Sicilia lecta.

---

Sp. 4. *T. unguicornis* Scop. Schin. Rndn.

pratorum Fall. Mgn. Macq. Zett.

flavifrons: Pnz. - *rufifrons* Rossi.

limbata Desv.

Testacea, epistomate albo-nitente; fronte flava circa ut in *fumigata*, macula nigra verticis et vitta lucida intermedia praedita, sed loco macularum nigrarum prope oculos, et anticarum inter antennas et oculos, puncta adsunt, scilicet maculae satis minores.

Antennæ circiter ut in *fumigata*, sed magis flavescentes.

*Thorax* inferne griseo-canescens, vitta laterali fusca ab humeris sub radicem alarum decurrente: dorso fasciis duabus latiusculis, discretis, fuscis, lineis rufo-ferrugineis cinctis.

*Alæ* in medio pallidæ, circa venas dilute fusco-reticulatæ: costa nigricante, supra longitudinalem tertiam et in apice immaculata.

*Abdomen* nigricans, nitidum, vitta dorsuali obscuriore.

*Pedes* flavo-testacei, tarsis sæpe saltem apice fuscis. Variat facie nunc nigro-vittata angustissime, nunc vitta lata fusca, nunc immaculata.

Vulgaris in tota Italia.

---

Sp. 5. *T. umbrarum* Lin. Fall. Mgn. Macq.  
Zett. Wlk. Schin. Lw. Rndn.

Fusco-cinerascens, obscurius variegata: epistomate albo, puncto minutissimo, medio, signato, nigr.

*Frons* flavicans, macula fusca antica distincta inter radicem antennarum et oculos: superne nigro bipunctata præter punctula minutissima ad radices setarum: genis sub-oculos utrinque macula fusca signatis: vitta lucida nulla in fronte.

*Antennæ* pallide testaceæ, arista, fusca, radice lutescente.

*Thorax* grisescens dorso minutissime fusco-punctato et lineis quatuor brunneis - *Abdomen* grisei et fusi variegatum.

*Alæ* nigricantes, punctis maculisque albis numerosis, in disco sub-rotundatis, aliquibus in costa sub-quadratis, cum totidem punctis parvis alternantibus.

*Pedes* luteo-flavidi, femoribus in medietate apicali an-

nulos duos, et tibis tarsisque apicem, fusca præbentibus.  
Rara in Italia superiore et media.

---

Sp. 6. *T. puctulata* Scop. Schin. Rndn.

Cherophylli Fab. Rndn (olim).

Nemorum Fall. Zett - argus Fab.

Hyeracii Mgn. Macq. Wlk (non Fab.)

Habitu et statura similis *umbrarum*, sed distinctissima:

*Epistomio* albido, punctulo nigro nullo. - *Fronte* pallidissime flava, tota opaca, punctis parvis nigris ad radicem setarum; macula fusca inter oculos et basim antennarum.

*Antennis* pallide luteis, inferne et apice pallidioribus, arista ciliis fuscis, rachide albida.

*Thorace* pallide griseo, dorso brunei parce punctato: *Scutello* lutescente vitta fusca intermedia,

*Abdomine* cinerascente-cano, supra nigricante varie maculato et fasciato.

*Alœ* nigricantes, maculis, guttis, et punctis albis sparsis: in costa inter venas secundam et tertiam maculis quator, duabus latis, duabus parvis: una etiam mediocre inter venas primam et secundam: spatiis aliquibus mediocribus immaculatis.

*Pedes* pallidi, albo-sub-lutei, femorum apice subtus macula fusca notato.

Frequens in tota Italia, saltem peninsulari.

---

Sp. 7. *T. variegata* Fall. Rndn.

Cheropylli Mgn. Macq. Zett. (exclus. Syn. Fab.)

coryletti Schin. (non Scop.)

Rufo-testacea, capite inferne albidi nitente: fronte

flavo-rufescente, nigro-maculata et punctata: vitta intermedia lucida: macula ocellare, altera ad apicem vittæ lucidæ, et duabus prope medium oculorum parvis oblongis, nigris: inter radicem antennarum et oculos lunula nigricante: in vertice punctulis nigris ad basim setarum.

*Antennæ* flavo-fulvescentes. arista albida basi flavolutea.

*Thorax* pallide testaceus, pleuris pallidioribus puncto aliquo fusco; dorso fusco-parce-punctato, et vestigio linearum eiusdem coloris, scilicet fusco-sub-ferruginei.

*Scutellum* grisescens macula mediana ferruginea, et duabus parvis apicalibus nigris.

*Abdomen* testaceum, aliquando fuscum, saepius obscure maculatum.

*Alæ* fusco-rufescentes confertim albo-maculatæ et punctatæ, aliquibus maculis confluentibus: apice fusco maculis tribus albidis marginalibus: spatio costali inter venas duas primas lutescente, maculis duabus rotundatis fuscis subnigricantibus: costa inter apices venarum secundæ et tertiae, maculis subquadratis albidis quatuor latiusculis, raro quinque: venis transversis obscure limbatis.

*Pedes* pallide lutei, nigro-setulosi.

Vulgaris in tota Italia.

---

Sp. 8. *T. coryleti* Scop. Rndn. (non Schin.)  
reticulata Latr. Mgn. Macq. Zett.  
obsoleta Fall.

*Testacea*, epistomate albo-nitente: fronte flavo-lutescente punctis utrinque nigris ad radices setarum, macula nigricante ad unumquodque latus inter antennas et oculos, et vittis duabus parvis, fuscis, supra antennas, ad apicem fasciolæ centralis lucidæ.

*Antennæ* flavo-luteae articulo ultimo saturatiore: arista plumula obscura basi angustè lutea.

*Thorax* dorso sub-griseo lineis ferrugineo-rufis, non punctato; scutello rufo-ferrugineo lateribus cano-griseis.

*Abdomen* testaceum, vel fusco-rufum, varie fusco-maculatum.

*Alæ* dilutissime fusco-lutescentes, basi flavidore, maculis punctis vittisque parvis obscuris, præsertim circa venas variegatæ: costa inter venas secundam et tertiam maculis rotundatis majusculis, fuscis, quatuor, raro quinque: vena septima postica untrinque punctis fuscis concomitata: venis transversis paulo fusco-limbatis, exteriore satis flexa.

*Pedes* toti flavo-testacei.

Non rara in tota Italia etiam insulari.

---

Sp. 9 T. *vittigera* Schml. Schn. Rndn.

punctata p. Fall. Mgn. Zett. et alior.

Similis præcedenti sed certe diversa, et distinguenda præsertim; *Antennarum* articulo ultimo paulo longiore præcedente, et apice manifeste obtruncato.

*Frontis* limbo antico fusco, non maculis nigris signato.

*Thoracis* dorso griseo, vittis quatuor fuscis, non rufo-testaceis.

*Alarum* costa maculis nigricantibus elongatis et proximis, interstitiis albicantibus, non maculis obscuris parvis et distantibus, interstitiis disco alarum concoloribus: vena transversa exteriore parum non valde sinuosa, et septima longitudinali postica punctis nullis fuscis concomitata.

Sp. raro lecta in Italia superiore et centrale.

---

Sp. 10. T. *punctata* Fab. Mgn. Macq. Zett. Schin.  
Rndn.

Iterum similis *coryleti*, et *vittigeræ* et a prima disert;

*Antennarum* articulo ultimo paulo longiore præcedente.

*Alarum* vena transversa exteriore minus sinuosa, et præcipue, vena septima punctis nullis fuscis concomitata.

A secunda statim dignoscenda, antennis apice non satis obtruncato; Thoracis dorso rufo-testaceo-vittato, non vittis fuscis signato; et præcipue, costa alarum maculis obscuris parvis et distantibus, interstitiis non albicantibus. Non frequens in Italia superiore et media.

---

Sp. 12. T. *foveolata* Rndn.

Habitu et statura similis *ferrugineæ* Fall. a qua tamen et ab affinibus sequentibus difert.

*Antennis* rufis articulo ultimo fusciore: arista tota nigra, et nigrante pilosa: articulo secundo sub-conico, et paulo longiore ultimo.

*Fronte* flavicante opaca, vitta intermedia lucida paulo albicante: limbo antico non nigro punctato, et postice vitta utrinque rufescente iuxta oculos notata.

*Capite* antice et inferne albido-lutescente, facie sub et intra radicem antennarum foveolis duabus distincte impressis, a sulcis maioribus ordinariis, distinctis.

*Corpus* totum rufo-testaceum immaculatum.

*Alæ* fusco-flavidæ, costa saturatiore; venis transversis nigrante limbatis; intermedia apici opposita secundæ longitudinalis; exteriore incurvata et circiter aequidistante ab intermedia et ab apice quintæ longitudinalis: venis tertia quarta et quinta ad apicem fusco-limbatis.

*Pedes* rufo-testacei, articulo ultimo tarsorum nigrante. Fæminam tantum legi in colle ditionis parmensis.

---

Sp. 12 T. *punctifrons* Rndn.

Similis præcedenti, *ferrugineæ* et affinibus, a quibus distinguenda notis sequentibus.

*Antennæ* totæ et aequaliter rufescentes, articulo penultimo distincte breviore ultimo: arista tota nigricante

*Frons* flavicans, limbo antico puncto latiusculo nigro utrinque extra radicem antennarum notato: postice punctis duobus parvis prope unumquodque oculum, puncto ocellari et macula retro ocellos albidi marginata nigricantibus: vitta intermedia lucida antice rufescente vel rufo-bivittata.

*Thorax* grisescens dorso vittis quatuor sub-ferrugineis lineato: scutello in medio rufo, lateribus griseis.

*Abdominis* segmenta superne late nigricantia, lateribus et limbo postico rufo-testaceis.

Alœ fnsco-flavidæ: costa intra venas duas primas flavi-diore. extra fuscescente: venis transversis nigricante marginatis, positione et forma ut in sp. præcedente. *Pedes* rufi, tarsis anticis totis, posteriorum articulis tribus apicalibus nigricantibus: femoribus posticis etiam inferne setis validiusculis armatis.

Raro legitur in Italia superiore et media.

---

Sp. 13. T. *nigricosta* Rndn.

elata Fab. v. auct.

Similis iterum *ferrugineæ* et affinibus, sed distincta: *Fronte* flavo-fulvescente, nec maculis nec punctis nigris notata, sed vix vitta intermedia lucida paulo fusca, et punctis duobus obscuris in limbo antico inter antennas et oculos: Orbitis, linea exili supra antennas et vitta intermedia paulo albi-nitentibus.

*Antennæ* totæ fulvescentes, articulis duobus ultimis sub æque longis: arista nigricante.

*Thorax* rufescens, griseo-lutei paulo adspersus, in

dorso vittis quatuor ferrugineis lineatus: scutelli griseo-lu-  
tescentis macula centrali rufa.

*Abdomen* testaceo-fuscum vitta dorsuali obscuriore.

*Alæ* fusco-flavescentes costa nigricante, ab apice venæ  
primæ, non secundæ incipiendo: venis transversis nigri-  
cante limbatis, exteriore vix paulo flexa: longitudinalibus  
quarta et quinta extrinsecus, et sexta tota fuscedine paulo  
limbatis.

*Pedes* rufo-testacei, tarsorum apice fuso.

Rarissimo fæminæ tantum lectæ in Italia superiore et  
centrale.

---

Sp. 14. T. *elata* Fab. Rossi Fall. Mgn. Macq. Zett.  
Lw. Schin Rndn.

Speciei præcedenti affinis, sed minor et diversa, præ-  
sertim: *Antennarum* articulo secundo disticte breviore tertio:

*Alarum* costa fuscedine minus obscura et minus lata,  
et ab apice venæ tertiae incipiente.

*Thoracis* dorso, lineis duabus dorsualibus fuscis exilibus  
et remotis, non ferruginei lineato:

*Scutello* vitta fusca basali intermedia signato, non in  
medio macula rufa lateribus griseo-luteis.

*Abdomine* luteo-testaceo unicolo:

*Pedibusque* totis pallide testaceis, vix tarsis paulo ob-  
scurioribus.

Cæteri characteres circiter un in *nigricosta*; fronte  
antice tamen fusco-limbata, puncto obscuriore distincto in-  
ter antennas et oculos: sed vitta intermedia lucida paulo  
infuscata: Arista nigricans ut in altera sp: venæ tran-  
versæ alarum fusco-limbatae etc.

Forte *nigricosta* mea in varietatibus istius permixta  
ab auctoribus.

Rarissimo lecta in Italia superiore.

Sp. 15. *T. levifrons*. Lw. Schin. Rndn.

Similis illæ vel istæ præcedentim, sed ab omnibus statim distinguenda fronte tota lucida, fucata, non partim.

Aliæ notæ speciei sunt.

*Frons* antice limbo fusco distincto, alibi immaculata.

*Occipitis* macula nigricans albidi marginata.

*Antennarum* articulus penultimus manifeste brevior ultimo.

*Thoracis* sub-testacei dorsum sub-grisescens vittis rufoferrugineis.

*Abdomen* pallide testaceum sub-immaculatum.

*Alæ* dilute fusco-luteæ costa saturatiore, sed in parte apicali tantum paulo infuscata: venis transversis anguste fusco-limbatis, exteriore sub-recta.

*Pedes* toti pallide testacei, tarsis tantum saturatioribus.

Frequens in Italia superiore et centrale.

---

Sp. 16. *T. Sylvatica* Mgn. Macq. Zett. Lw. Schin  
Rndn.

ferruginea var. Fall.

Similis præcedenti sed minor et faciliter distinguenda:

*Fronte* hand tota fucata, sed vitta intermedia, margine antico et orbitis lucidis: præterea margo anticus frontis non infuscatus, et macula nigricans occipitalis nulla, sed ubique color flavidus æqualis.

*Thorax* supra grisescens, lineis rufis parum perspicuis.

*Abdomen* sub-testaceum paulo fusi variegatum.

*Alarum* costa non neque ad apicem infuscata etiamsi paulo saturatiore flavo-fuscescente: vena transversa exteriore paulo magis incurvata, ut intermedia anguste fusco cincta.

*Pedes* pallide testacei, tarsis paulo obscurioribus.

Rarissima in Italia superiore

Sp. 17. T. *Ferruginea* Fall. Mgn. Macq. Zett. Lw.

Schin: Rndn.

*arrogans* Mgn. Macq. Zett.

*robusta* Lw. Schin.

Similis omnino præcedenti, statura tamen certe maiore, sed præcipue distinguenda frontis margine antico non nitido, vittis tantum longitudinalibus pumicatis:

Omnes aliæ notæ *silvaticæ* varietatibus aliquibus conveniunt *ferrugineaæ*; quibus refero T. *arrogantem* Meigenii et Zetterstedtii, et ideo etiam *robustum* Loewii. Quarum differentiæ specificæ in articuli ultimi antennarum forma et longitudine parum diversis, querendæ: sed nisi fallor diversitates istæ non specificæ considerandæ, quia in exemplaribus pluribus a me observatis T. *ferrugineaæ* nostræ, gradatim ab una ad alteram transeunt, sic ut saepe incertitudo maneat an exemplar adscribendum sit speciminibus articulo antennarum obtuso, aut illis articulo ultimo acuminato distinctis; et hoc dicas de longitudine relativæ articulorum.

Sp. in tota Italia hon. rara.

---

G. IX. SCIOMYZA. Fall. Mgn. Mqrt. Zett. Wlk.

Rndn. Schin.

CHILIZA p. Mgn. - GBAPHOMYZINA p. Macq.

ANTHICHTA p. Halid. - CORMOPTERA p. Schin.

GENERA plura Desv. - OPOMYZA p. Mgn. Macq.

Char. Gen.:

Antennæ capite breviores, articulo secundo setulis distinctioribus saltem superne destituto (1), et semper satis breviore tertio: isto sub-ovato, vel sub-conico, numquam superne excavato, nec satis elongato.

(1) Nota constans qua Gennus istud a Tetanoceris distinguitur, sita est in articuli penultimi antennarum, setis distinctioribus nullis.

*Arista* tam superne quam inferne sub-æqualiter pilosa,  
vel pubescens, vel sub-nuda.

*Facies*, saltem in parte infera non reclinata: epistomio buccula non instructo.

*Scutellum* setis majusculis quatuor praeditum.

*Alae* costa non spinulosa: vena secunda longitudinali costalem attingente contra, nisi paulo extra transversam intermedium: quarta et quinta exstrinsecus haud distincte convergentibus: septima postica margini producta.

*Pedes* parum setigeri.



Species observatae.

A. *Arista* pilis longis vel mediocribus vestita.

B. *Antennæ* totae rufescentes vel flavescentes.

C. *Alarum* costa albidi pallescens.

Sp. 1. *albocostata* Fall.

CC. *Alarum* costa haud albidi pallescens.

D. *Frons* tota vel fere tota rufescens vel flavicans.

E. *Thorax* inferne et lateribus rufis, dorso tantum nigricante.

Sp. 2. *simplex* Fall.

EE. *Thorax* totus nigricans vel griseo-fuscus.

F. *Pedes* omnes et toti rufo-testacei.

Sp. 3. *majuscula* Rndn.

FF. *Pedes* saltem antici nigri, vel nigricantes.

G. *Tarsi* antici nigri, metatarso pallido

Sp. 4. *ruficeps* Zett.

GG. *Tarsi* antici toti etiam basi nigri

Sp. 5. *obtusa* Fall.

DD. *Frons* nigra, fere tota.

Sp. 6. *brevipennis* Staeg.

BB. *Antennæ* saltem apici nigrae vel nigricantes.

H. *Frons* tota aut late nigra.

Sp. 7. *nigrimana* Mgn.

HH. *Frons* tota aut late rufescens, vel flava.

I. *Venæ transversae* alarum non distincte fusco-limbatae.  
Sp. 8. *testacea* Macq.

II. *Venæ transversae* manifeste fusco-limbatae.

K. *Antennæ* articulo tertio apice tantum nigricante.  
Sp. 9. *pallida* Fall.

KK. *Antennarum* articulus ultimus totus niger.

L. *Scutellum*, ut pedes posteriores flavo-rufescens.  
Sp. 10. *vittata* Halid.

LL. *Scutellum*, ut pedes posteriores nigricans.

Sp. 11. *fuscipes* Macq.

AA. *Arista* brevissime pilosula vel pubescens, nisi sub-nuda.

M. *Antennæ*, saltem partim nigrae.

N. *Frons* vitta nigra distincta a vertice ad radicem antennarum.

Sp. 12. *cinerella* Fall.

NN. *Frons* in medio vitta longa nigra destituta.

O. *Alae* nec fusco-maculatae, nec fusco-punctatae  
Sp. 13. *dubia* Mgn.

OO. *Alae* fusco-maculatae vel punctatae.

P. *Alae* maculis et punctis pluribus notatae: apice non albido.

Sp. 14. *Schöenheri* Fall.

PP. *Alae* punctis paucis in disco notatae: apice albicantes.

Sp. 15. *nana* Mgn.

MM. *Antennæ* totae rufescentes vel flavicantes.

Q. *Alae* fusco-reticulatae.

Sp. 16. *limbata* Mgn.

QQ. *Alae* haud fusco-reticulatae.

R. *Tarsi* antici nigricantes, metatarso pallido.

S. *Scutellum* nigricans.

Sp. 17. *albicarpa* Rndn.

SS. *Scutellum* rufescens.

T. *Venae transversae alarum fusco-cinctae.*

Sp. 18. *scutellaris* De Ros.

TT. *Venae transversae haud fusco-cinctae.*

Sp. 19. *pallidicarpa* Rnd.

RR. *Tarsi antici saeminae toti nigri, maris lutescentes apice tantum fusco.*

Sp. 20. *pallidiventris* Fall.

---

Diagn. et synon.

Sp. 1. *S. albocostata* Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin.  
Rndn.

*claripennis* Desv.

*Frons* flavicans, antice pallidior. *Caput* inferne albescens.

*Antennae* flavo-luteae, arista sub fusca, breviter pilosula.

*Thorax* rufescens, dorso obscuriore vel fusco, vel subferrugineo, lineolis obscurioribus parum perspicuis.

*Alae* margine antico pallidissimo, postico pallido, in medio longitudinaliter sub-fuscae, praesertim circa venas fusco-limbatas.

*Corpus* rufo-testaceum, pedibus pallidioribus sub-flavidis, tarsis anticis in saem. saepius nigris vel nigricantibus, in mare aliquando articulis apicalibus obscuris, saepe totis pallidis.

Rara in Italia superiore.

---

Sp. 2. *S. simplex* Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin.  
Rndn.

*Ferruginea, thoracis dorso nigro, vel obscure griseo:*  
*fronte* flavo-rufescente, capite, inferne pallidissime ruflescente, epistomii margine antico paulo reflexo.

*Antennae* flavo-testaceae, arista nigricante, distincte idosa.

*Abdomen* testaceum fusci varie maculatum.

*Alae* leviter lutescentes: venis neque transversis non fusco-marginatis: spatio costæ inter duas venas primas flavescente.

*Pedes* flavo-testacei, tarsis anticis fuscis vel nigricantibus, non raro tamen vix ut sequentes fuscoribus.

In Italia huc usque non lecta, sed probabiliter in plagis borealibus nostris in posterum invenienda.

Exemplaria nostra danica a Cl. Stæger missa.

---

Sp. 3. *S. majuscula* Rndn: Long. Mill. 8.

Similis praecedenti sed major et statim distinguenda; praesertim:

*Thorace* toto fusco, grisei sub-lutescentis tecto, vel adsperso; dorso ferruginei sub-lineato: et venis transversis alarum fusco-limbatis: et etiam epistomii margine non aut vix reflexo.

Aliis characteribus tamen *simplici* proxima, scilicet; *Frons* et *antennae* flavo-rufescentes, arista fusca, pilosa.

*Scutellum* rufo-ferrugineum.

*Abdomen* testaceum, segmentis basalibus in medio nigricantibus.

*Alae* ut in *simplici* tinctæ, et pari modo areola costæ interposita venis duabus primis flavida, sed costa extra paulo fusciore, et venis transversis fusco-limbatis.

*Pedes* omnes et toti rufo-testacei.

A Sp. *dorsata* Zett. cui proxima videtur, difert, statura maiore; thoracis colore fusco etiam ad pleuras, non istis rufescentibus: abdominis vitta nulla obscura dorsuali; et tarsis etiam anticis, ut pedes toti rufo-testaceis, non obscure fuscis.

*Majusculæ* unicum marem legi in colle sub-apennino ditionis parmensis.

---

Sp. 4. *S. ruficeps* Zett. Rndn.

*Nigricans, fronte* flavescente, capite inferne pallidiore.  
*Antennae* rufo-lutescentes, arista pilosa fusca.

*Thorax* cum scutello fusco-sub-grisescens.

*Abdomen* nigricans; margine postico segmentorum lutescente.

*Alae* paulo fuscae, costa obscuriore, et venis praesertim transversis, fusco-marginatis.

*Pedes* quator posteriores fusco-testacei vel picei, anticus nigricantibus, vix geniculis, et paulo etiam metatarso pallidis.

Rarissimo lecta in Italia superiore et media.

---

Sp. 5. *S. obtusa* Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.

Fusco-grisea, *epistomate* albo-lutescente: *fronte* pallide lutea, margine antico pallidiore.

*Antennae* rufae, arista pilosa fusca.

*Thoracis* dorsum fuscum, vittis fuscoribus parum observandis; *pleurae* paulo lutescentes: scutellum rufo-ferrugineum.

*Pedes* quatuor posteriores testacei, non fusi nec picei; antici magis vel minus nigricantes.

Caetera circiter ut in *ruficepside* praecedente, scilicet.

*Abdomen* nigricans, limbo postico segmentorum pallido.

*Alae* paulo fuscescentes, costa obscuriore, et venis praesertim transversis fusco limbatis.

Frequens in tota Italia.

---

Sp. 6. *S. brevipennis* Staeg. Zett. Rndn.

pusilla Macq. (in scheda)

Corpus cum capite toto nigro-nitidum, pleuris tamen paulo rufescentibus, et

*Antennae luteo-rufae, arista pilosula fusca.*

*Palpi nigri. Halteres nigricantes.*

*Alae abdomine sub-breviores, leviter fuscescentes, ante saturatores, venis transversis et sexta longitudinali fuscedine cinctis.*

*Pedes flavescentes: femorum anticorum tertia parte apicali, tibiis propriis totis, et tarsis, apice excepto pallido, atris: femoribus posticis summo apice fuscis.*

*Distinctissimae hujus speciei in Gallia boreali inventae, exemplar obtinuita Cl. Macquartio, nomine distinctum *pusilla*.*

*Forte in aliqua plaga Italica invenienda.*

---

*Sp. 7. S. nigrimana* Mgn. Schin.

*albitarsis* Zett. Rndn.

*ventralis* Mgn. (non Fall.) G. Opomyza.

*glabricula* Fall.

*sororcula* Macq. (G. Opomyza).

*Nigra nitida: capite subtus pallide sub-flavescente: fronte margine antico pallide flavo. - Palpi pallidi.*

*Antennae flavo-luteae apice nigricante.*

*Abdomen basi anguste lateribus sub-ferrugineis, nisi totum nigrum.*

*Alae sub-limpidae, neque venis transversis fusco-limbatis.*

*Pedes pallide rufescentes, anticis apice femorum, tibiis totis, et tarsis fere totis nigris, istis apice pallido.*

*Variat epistomatis medio vitta fusca signato.*

*Etiam Sp. ista in Italia hue usque non capta.*

*Exemplaria observata danica a Cl. Stoeger missa.*

---

*Sp. S. testacea* Macq. Schin Rndn.

*Testaceo-nitens: capite inferne pallide flavescente*

*fronte* flavo-fulvescente extrinsecus obscuriore, tota pumicata, lucida.

*Antennae* basi rufescente, articulo ultimo nigrante vel fusco-piceo: - *Palpi* summo apice nigrante.

*Abdomen* fusco lutescens.

*Pedes* pallide testacei, anticis nigrantibus, basi femorum tantum excepta, et geniculis anguste luteis.

*Alae* dilutissime lutescentes, vix costa paulo saturatiore.

Rarissimo lecta in Italia superiore.

---

S. 9. *S. pallida* Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin Rndn.

Testaceo-lutescens, capite inferne pallido, fronte flavo-crocea, puncto ocellari fusco, vitta angusta intermedia lucida.

*Antennae* basi rufescente, articulo ultimo late ad apicem fusco-obscuro, vel nigrante; arista pilosa fusca.

*Abdominis* segmenta basi plus minusve nigrantia, limbo postico semper lutescente; aliquando tamen lutea immaculata.

*Alae* pallidissime lutescentes, costa saturatiore, venis transversis et paulo etiam apice longitudinalium 3-4-5 fusco-limbatis - *Halteres* pallidi.

*Pedes* lutescente-flavidi, vix aliquando tarsis apice fuscis.

Rarissimo lecta in Italia superiore.

---

Sp. 10. *S. vittata* Halid. Rndn.

*Antennae* nigrae basi rufescentes.

*Frons* flavescens vittis nitidis signata.

*Thorax* sub-ferrugineus, dorso fusco, grisei trivittato.

*Abdomen* fuscum, apice in mare rufo.

*Pedes* luteo-testacei; anticum femoribus et tibiis, basi pallida excepta, et tarsis totis nigrantibus.

*Alae* dilute sub-fusca venis omnibus fusco-limbatis.  
In Italia non capta: Exemplar coll. meae anglicum a Cl.  
Haliday olim acceptum.

---

Sp. 11. *S. fuscipes* Macq. Rndn.

Nigricans, paulo grisescens - *Antennae* obscure fuscae.  
*Frons* flavo-lutescens puncto ocellare nigricante.

*Alae* dilute fuscescentes, costa et venarum transversarum limbo obscurioribus.

*Pedes* fusi, posterioribus minus obscuris, femorum basi et geniculis pallidis.

Specimen nostrum antennis obscure fuscis non fulvis, ut in diagnosi Macquartii legitur, distinctum, et nescio si color normalis certe obscurus, ideo dubitanter in sectione locatum antennas fuscas vel nigricantes praebente.

In Italia nondum lecta: Exemplar meum Galliae borealis, Macq. misit.

---

Sp. 12. *S. cinerella* Fall. et Auct. fere omnes.

herbarum Desv (Dyctia).

Fusca, grisescens, *epistomate* albicante: *fronte* flavida, vitta intermedia ab ocellis ad antennas, et macula utrinque in margine antico inter antennas et oculos nigris: punctisque parvis ad radicem setarum saepe perspicuis.

*Antennae* nigrae, arista vix puberula, fusca.

*Thoracis* dorsum fusco-bilineatum; scutello in medio griseo pallide marginato.

*Abdomen* fuscum, limbo postico segmentorum rufescente.

*Alae* turbidae, costa et limbo venarum transversarum infuscatis.

*Pedes* luteo-testacei, anticis nigricantibus, coxis et basi

angusta tibiarum pallidis: posterioribus apice tantum tarsorum fusco.

Vulgaris in Italia tota.

---

Sp. 13. S. *dubia* Fall. Mgn. Zett. Schin. Rndn.

Fusco testacea: *epistomate* albicante: *fronte* flavida.

*Antennae* basi rufescentes apice nigro, arista vix puberula.

*Thorax* dorso paulo grisecente.

*Abdomen* sub-testaceum, plus minusve infuscatum, vel fuscum limbo segmentorum postico pallido.

*Alae* vix lutescentes, venis transversis leviter fusco-cinctis.

*Pedes* pallide testacei, coxis anticis distincte pallidioribus: antcorum tibiis, praesertim in *fæmina*, plus minus fuscanis, et tarsis plus minus obscuris vel nigricantibus. praecipue *fæminæ*.

Rarissimo lecta in montuosis Italiae centralis.

---

Sp. 14. S. *Schöenheri* Fall. Zett. Schin. Rndn.

monilis Mgn. Macq. - vernalis Desv.

Nigricans, grisei adspersa, *epistomate* sub-albido-lutescente: *fronte* fusco-lutea; *Antennis* obscuris, sub-ferrugineis, arista vix puberula fusca.

*Thorax* griseus, dorso lineis quatuor dilute brunneis obsoletis; pleuris pallidioribus, vitta horizontali obscura: scutello in medio obscuro grisei marginato.

*Abdomen* fuscum, margine postico segmentorum, et ano maris pallidis.

*Alae* turbidae, numerose et seriatim fusco punctatae: serie costali maculis quatuor sub-rotundatis instructa; series sequentibus inter venas longitudinales punctis vel maculis parvis efformatis: venis transversis fusco-limbatis.

*Pedes* fusco-lutescentes, anticis saltem ad femora obscurioribus.

Rarissimo lectus in locis alpinis et apenninis Italiae superioris.

---

Sp. 15. *S. nana* Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.

Fusca, cinerascens; epistomate sub-albido: *fronte* extrinsecus flavo-rufescente, intus fusca.

*Antennae* fuscantes, basi anguste rufescente, arista sub-nuda, obscura.

*Alae* paulo turbidae, costa anguste nigricante ab apice venae secundae longitudinalis ad apicem tertiae, ubi fasciola fusca undulata descendit ultra venam quintam decurrens: extra fasciolam hanc apice sub-albicante: venis transversis fusco limbatis: spatio inter venas longitudinales quartam et quintam punctis fuscis aliquibus, saepius duobus signato.

*Pedes* posteriores luteo sub-testacei, femorum, tibiarum et tarborum apice fusco vel nigricante: antici nigri coxis pallide luteis albo-micantibus.

Sp. congenerum minor, huc usque in Italia non inventa:

Specimina nostra Danica vel Germanica a Staeger et De Roser olim missa.

---

Sp. 16. *S. limbata* (1) Mgn. Schin. Rndn.

elegans Macq

Caput flavicans, inferne pallidius; *fronte* margini antico utrinque puncto nigro notata inter antennas et oculos.

*Antennae* fusco-rufescentes, arista sub-nuda.

(1) Gen. *Graphomyzina* Macq, et *Cormoptera* Schin.

Thorax dorso grisescente, minutissime fusco punctato, et lineato; pleuris sub-cinereis, fusco longitudinaliter vittatis.

*Abdomen nigricans*, margine postico segmentorum anguste albido.

*Alae* margine nigricante a radice anteriore usque ultra venam quintam longitudinalem; nigredine in costa punctis albis aliquibus notata: alibi totae fusco-reticulatae, in fundo albicante: venis transversis anguste fusco-limbatis.

*Pedes* nigricantes, anticorum geniculis et metatarsis saltem basi pallide flavidis: intermediorum tibiis tarsisque pallide flavescentibus, illarum et istorum apice nigricante: posticorum color ut in intermediis, sed addito annulo fusco basali tibiarum.

Rara in montuosis Italiae superioris et mediae.

---

Sp. 17. *albicarpa* Rndn.

*Caput* flavicans, subtus pallidius; *fronte* limbo antico utrinque puncto nigro signato inter basim antennarum et oculos: puncto ocellari fusco.

*Antennae* rufae, arista vix puberula.

*Thorax* fuscus paulo grisescens: scutello concolore sed lutei marginato.

*Abdomen* rufescens vitta abbreviata fusca, dorsuali.

*Alae* sub-limpidae, areola costali inter duas venas primas flavo-lutescente, costa exterius fusciore: venis transversis fusco-limbatis; intermedia magis proxima exteriori quam interioribus.

*Pedes* pallide testacei, anticis plus minusve infuscatis: tarsis nigris metatarso late albicante.

Rarissimo lecta in montuosis agri parmensis.

---

Sp. 18. S. *scutellaris* De Ros.

Similis *albicarpa* sed notis pluribus distinctissima:

Statura distinete majore: *Frontis* limbo antico punctis nigris ad radicem antennarum destituto.

*Thoracis* humeris rufescentibus, et scutello toto luteo-ruso, non fusco, limbo lutescente.

*Alis* costa satis minus, scilicet vix infuscata, et praeципue vena transversa intermedia aequidistante ab exteriore et ab interioribus, non ab istis magis distinete remota.

*Pedibus* anticis pariter fuscioribus, sed metatarso paulo pallidiore sub-lutescente, non albido

A. Cl. De Roser specimen germanicum obtinui, hic pro comparatione descriptum.

---

Sp. 19. S. *pallidicarpa* Rndn.

Mas similis maribus duarum praecedentium, sed distinctus:

Ab *albicarpa*, *frontis* limbo antico punctis nigris destituto ad radicem antennarum.

*Scutello* toto rufescente, non fusco lutei limbato.

*Alis* nec costa infuscata, nec venis transversis manifeste fusco-marginatis.

A *scutellare*, statura satis minore;

*Humeris* non rufescentibus, sed thorace concoloribus.

*Alarum* venis transversis non fusco-limbatis, et praeципue istarum intermedia manifeste magis proxima exteriori quam interioribus.

Praeterea, in exemplare nostro, *Frons* laete flavo-fulvescens, limbo antico fasciola angusta fuscescente, supra radicem antennarum, ad oculos producta.

*Pedes* antici, fere ut sequentes flavo-testacei, vix femorum apice summo fusco-notato, et tibiis ad apicem dilute fuscioribus: tarsisque nigricantibus, metatarso pallido subalbidente.

Marem unicum in montuosis agri Tridentini captum  
a Nob. De Bertolini, possideo.

---

Sp. 20. *S. pallidiventris* Fall. Zett. (exclus: synon: )  
Rndn.

*Testacea, epistomate albicante: fronte flavo-fulva, occipite, puncto ocellari, et vittis lateralibus verticis cinereis.*

*Antennae fulvo-rufae, arista nuda fusca.*

*Thorax dorso fusco, grisei adsperso: scutello rufescente.*

*Abdomen sub-testaceum, basi segmentorum aliquando fusca vel fusco-maculata.*

*Alae vix grisescentes, venis transversis parum fusco-cinctis; intermedia manifeste magis proxima exteriori quam interioribus: longitudinalibus 3. 4. 5 aliquando apice summo fusco limbatis.*

*Pedes pallide lutei, anteorum tarsis, tibiarum, et femorum parte apicali, plus minus infuscatis.*

Rarissimo in Pedemontio lecta a Pr. Bellardi.

---

G. X. *CTENULUS* Rndn.

*OPOMYZA* (1) Staeg. Zett.

Char. Gen.

*Antennae mediocres, articulo penultimo triplo fere breviore tertio, setis distinctioribus superne destituto: ultimo basi latiore.*

*Arista superne tantum distinete pilosa, inferne vix pubescens.*

*Facies non reclinata - Os buccula non instructum.*

*Scutellum setis quatuor munitum.*

(1) *Opomyzae* Genus in ordinatione mea Stirpi *Loncheinarum* pertinet, a *Sciomyzini* distinctae, prae ceteris absentia setulas erectas sub-apicalis in tibiis anticis et posticis.

*Alae costa non spinulosa: vena septima postica margini producta.*

*Tibiae extra non setigerae, exceptis setis apicalibus.*

---

Sp. typ.

Sp. J. C. *pectoralis* Stæg. Zett. Rndn.

Nigra nitens, epistomate albo-sub-flavido.

*Antennæ basi flavicantes, articulo ultimo nigro: aristata albicans superne in parte basali ciliis longis vestita, alibi pubescens tantum.*

*Torax supra niger, pleuris et pectore rufescentibus.*

*Alae sub-limpidae: vena transversa intermedia manifeste extra, non contra apicem sita secundae longitudinalis, et paulo magis proxima exteriori quam interioribus.*

*Pedes pallide lutescentes, anticorum tibiis, tarsisque late nigris, istorum articulis duobus ultimis albidis:*

*Femoribus posticis in mare subtus paulo ciliatis; anticus in utroque sexu saepius apice nigricantibus.*

*Non capta hue usque in Italia: et hic locata unigeniti proprii institutio et positio, studio peritorum subjectae sint.*

Huic generi referenda etiam *Opomyza distincta* Meigenii ab hac tantum diversa thorace etiam ad pleuras nigro, et femoribus etiam maris pedum posticorum subtus non distinete ciliatis etc.

---

G. XI. LAUXANIA. Fab. Latr. Pnz. Mgn. Macq.

Zett. Shin Rndn.

POLIONOMA p. Rndn.

Char Gen:

*Antennæ sub-erectae, capite longiores; articulo primo*

X. *Alæ* non totæ limpidæ, vel margine partim infuscato,  
vel apice fuscescente, aut saltem vena aliqua fusco-  
limbata.

Y. *Alæ* margine apicali nigricante limbato.

Sp. 21. *litura* Hofg.

YY. *Alæ* margine apicali non nigricante limbato, sed vena  
aliqua tantum fusco-marginata.

Z. *Alæ* apice paulo fuscescente et vena transversa ex-  
teriore tantum fusco-cincta.

Sp. 22. *præusta* Fall.

ZZ. *Alæ* apice non fuscescente, sed vénis transversis dua-  
bus fusco-limbatis.

Sp. 23. *interstincta* Fall.

XX. *Alæ* totæ limpidæ, neque vena aliqua fusco-limbata.

W. *Antennæ* articulo tertio vel toto, vel apice nigricante.

a. *Antennarum* articulus tertius fere totus nigricans.

*Tarsi* postici maris, seta ad apicem instructi.

Sp. 24. *fuscionis* Macq.

aa. *Antennarum* articulus ultimus apice tantum nigro.

*Tarsi* postici etiam maris seta nulla apicali prædicti.

b. *Antennæ* apice rotundato.

*Alæ* ad apicem paulo fuscescentes.

Sp. 25. *obsoleta* Fall.

bb. *Antennæ* ad apicem attenuatæ, sub-acuminatæ.

*Alæ* fuscedine nulla apicali.

Sp. 26. *acuticornis* Rndn.

WW. *Antennæ* totæ fulvescentes, apici tantum aliquando  
saturatione, sed non nigricante.

c. *Thorax* partim grisescens vel fuscus, non totus te-  
staceus aut flavo-lutescens.

d. *Palpi* toti etiam apice flavescentes vel lutei.  
*Frons* pallide lutescens.

Sp. 27. *pallidiventris* Fall.

dd. *Palpi* apice nigricante.

*Irons albo-sericea.*

Sp. 28. *albifrons* Bell.

- cc. *Thorax* totus etiam in dorso testaceus vel luteus.

- e. *Abdomen* postice haud nigro-punctatum.

- f. *Palpi* saltem extrinsecus nigricantes.

Sp. 29. *palpella* Rndn.

- ff. *Palpi* toti etiam apice flavescentes,

- g. *Alarum* vena tertia longitudinalis oriens a quarta  
satis extra apicem areolæ basalis anterioris.

Sp. 30. *consobrina* Zett.

- gg. *Alarum* vena tertia oriens a quarta, contra, non ex-  
tra apicem areolae basalis anterioris.

Sp. 31. *rorida* Fall.

- ee. *Abdomen* postice punctis aliquibus nigris notatum.

- h. *Tibiae* intermediae spinis validiusculis saltem tribus  
ad apicem armatae.

- i. *Abdominis* segmentum quintum ad basim bipunctatum,  
non etiam quartum.

Sp. 32. *bipunctata* Mgn.

- ii. *Abdominis* segmenta quartum et quintum ad basim  
nigro-bipunctata.

Sp. 33. *quatuorpunctata* Lin.

- hh. *Tibiae* intermediae apice ad summum bispinosæ.

- k. *Palpi* apice nigricante.

*Abdominis* segmentum quintum maculis duabus ni-  
gris, latiusculis, rotundatis, in dorso signatum.

Sp. 34. *bisigillata* Bell.

- kk. *Palpi* toti lutescentes.

*Abdominis* segmenta duo vel tria ad latera nigro-  
bipunctata.

- l. *Abdominis* segmenta tria ultima nigro-bipunctata.

*Femora* postica etiam maris subtus non spinulosa.

Sp. 35. *Sexpunctata* Mgn.

- ll. *Abdominis* segmenta duo tantum nigro-bipunctata

*Femora maris subtus ad apicem spinulosa.*

Sp. 36. *bisbinotata* Rndn.

---

Diagn: et synon:

Sp. 1. S. *aenea* Fall. et Auct. omnes.

Nigro-ænea, sub-virescens: *Antennis* lutescentibus, circiter longitudine capitis, arista puberula pallida. *Palpi* nigri, - *Alæ* flavescentes - *Calyptra* lutea - *Halteres* albidæ.

*Pedes* nigricantes tibiis tarsisque posteriorum luteo-flavidis et anticorum geniculis lutescentibus.

Vulgaris in tota Italia.

---

Sp. 2. S. *Elisæ* Wdm. Mgn. Zett. Schin. Rndn.

Nigra, nitida, abdome paulo ænescente, *Antennis* longitudine capitis, angustis, luteis, arista pubescente, fusca. *Alæ* totæ flavidæ; *Calyptra* et *Halteres* sordide flavicantia. *Pedes* nigricantes, tibiis tarsisque posteriorum flavicantibus: similis præcedenti, a qua disert colore corporis distinete minus vel fere nihil ænescente; alarum flavedine magis obscura: sed præcipue articulo tertio antennarum manifeste longiore, sub-lineare, non longe sub-eliptico, et ad apicem distinete obscuriore.

In Italia nondum lecta, exemplaria mea Danica al Cl. Stæger missa.

---

Sp. 3. S. *fuliginea* Rndn.

A speciebus omnibus generis proprii faciliter distinguenda.

*Antennis* totis nigricantibus; arista puberula fusca.

*Alis obscure fuliginosis, costa saturatiore.*  
*Pedibus fuscis, vel piceis, etc.*  
Raro lecta in Pedemontio a Prof. Bellardi.

---

Sp. 4. *S. longipennis* Fab. Fall. Mgn. Macq. Zett.  
Schin. Rndn.

*Nigricans, thoracis lineis obscurioribus: Antennæ breviuseculis luteis, basi aliquando obscuriore, arista pilosula, fusca.*

*Alæ sub-limpidæ vel dilutissime sub-lutescentes, ima basi obscura, vel nigricante - Halteres fusi.*

*Pedes nigricantes, vel fusco-picei tarsis posterioribus albo-lutescentibus.*

Non raro legitur in Italia superiore et media.

---

Sp. 5. *S. lupulina* Fab. Fall. et Auct omnes.  
*Canescens, fronte limbo antico albicante.*

*Antennæ breves flavo-luteæ, arista pilosula fusca.*

*Thorax cum scutello griseo-canus, isto apice atro.*

*Abdomen totum flavo-luteum - Halteres albidi.*

*Alæ pallidi sub-lutei tinctæ.*

*Pedes pallidi sub-lutei, anticis fore totis, et intermediorum famoribus basi nigris.*

Non infrequens in Italia boreali et media.

---

Sp. 6. *S. flaviventris* Costa A. (non Schin) Rndn.  
*Antennæ rufæ, arista plumosula - Palpi apice nigricante.*

*Caput albo-lutescens, fronte fusco-sub maculata, limbo-antico pallido: facie vittis duabus obliquis nigris.*

*Thorax fuscus, plus minusve grisescens; scutello toto concolore.*

*Alœ* paulo flavescentes, costa saturatiore.

*Abdomen* totum luteo-flavescens - *Halteres* flavescentes. *Pedes* antici nigricantes geniculis luteis; posteriores lutescentes femoribus intermedis paulo nigricantibus.

Rara in tota Italia etiam australi.

*Flavicentris* Schin cum hac non confundenda notis pluribus, sed præ ceteris colore scutelli partim lutescente, dum in Sp. Costæ totum cinereo fuscum scutellum observatur.

---

Sp. 7. *S. luteiventris* Rndn.

Similis piæcedenti, sed distincta, præcipue,

*Facie* vittis obliquis nigris non manifestis.

*Pedibus* anticis non fere totis nigricantibus, sed tibiis totis et tarsorum basi late testaceo-pallidis: et *Pedibus* etiam posterioribus fere totis æqualiter lutescentibus, femoribus intermediis non partim nigricantibus.

Non raro legitur in collibus Italiæ centralis.

---

Sp. 8. *S. trispina* Rndn.

Similis habitu *sub-vittatæ* Léow, sed præter absentiam vittarum nigricantium abdominis, et tibiarum apicem non infuscatum, statim distinguenda spinis tribus validis non duabus tantum ad apice tibiarum intermediarum.

Alteri characteres speciei sunt;

*Antennæ* testaceæ, arista plumosula.

*Frons* lutescens in margine antico, et postice grisea.

*Thorax* griseo-cinerascens humeris rufescens: scutello thorace concolore, limbo anguste sed distincte pallido.

*Abdomen* luteum lateribus non manifeste nigricante vittatum - *Halteres* capitulo albo.

*Alœ* fere decolorates.

*Pedes* lutei, femoribus anticis extrinsecus fuscis; tarsis omnibus et tibiis totis lutescentibus.

Rarissimo lecta in collibus Italiæ centralis, et borealis.

---

Sp. 9. *S. fasciata* Fall. Lw. Schin. Rndn.  
rivosa Mgn. Macq. Zett.

Femoribus omnibus nigricantibus statim dignoscenda a *trispina* præcedente, ed a *sub-vittata* sequente, et ab aliis: sed a prima etiam difert tibiis anticis et posticis apici fuscis, et abdomen vittis nigricantibus manifestis signato, præter tibias intermedias apici bi, non trispinosas.

A secunda vero difert, thorace fere toto griseo-fusco, et scutello late in medio fuscescente, limbo exili pallido.

Cæteri characteres circiter ut in *trispina*.

Rarissimo inventa in Italia centrale et superiore.

---

Sp. 10. *S. subrittata* Lw. Schin. Rndn.  
Zetterstedtii Rndn (olim in Litt.)

Sp. ista, in tota Italia vulgaris, amicis olim a me communicata fuit, nomine distincta *Zetterstedtii*, quia Clareii-ste dipterologus eam cognovit, et non descriptam esse indicavit: characteres etiam præcipuos distinctionis notando, in Vol VI p. 2336 operis Dipt. Scandin.

Sp. distinguenda: *Thorace* longitudinaliter luteo-te-tacei, et fusco-grisei zonato: scutello pallido, dilute in medio grisescente - *Antennis* rufis arista plumosula fusca.

*Frons* luteo-grisescens, limbo antico, pallido, fasciola fusca retro concomitato: genis lineis duabus nigris obliquis.

*Abdomen* lutescens, segmentis tribus ad latera in me-dio latitudinis, nigro vel nigricante vittatis

*Alæ* totæ dilutissime sub-flavescentes.

*Pedes* flavo-lutei, femoribus anticis plus miuusve fu-sco griseis, et tibiarum anticarum et posticarum apice fu-sco, nunc magis nunc minus dilute.

In omnibus plagis Italicas frequenter legitur.

---

Sp. 11. *S. tabidiventris* n.

pallidiventris De Roser (in Scheda).

Similis fere in omnibus sub-vittatae Löewii, et diversa tantum, *Thorace* toto fusco-griseo vix humeris angustè rufescens; et *Abdomine* toto luteo, non lateribus nigro nec nigricante vittatis, aliquando vix tantum vittis saturationibus, sub-testaceis signato.

*Scutellum* tamen, magis griseum limbo tantum angustissime pallido.

Non infrequens, exemplaribus præcedentis permixta.

Specimen germanicum nostris simillimum Clar. De-Roser misit, nomine *pallidiventris* Fall. quod ipso non spectat.

---

Sp. 12. *S. punctiventris* Rndn.

Corpus totum fulvo-flavescens.

*Abdominis* segmenta duo posteriora lateribus nigromaculatis, maculis posticis minoribus.

*Frons* antice transversim pallide zonata, zona fusco-marginata - *Palpi* toti luteo-flavescentes.

*Antennæ* rufescentes, arista plumosula nigricante.

*Alæ* paulo flavidæ, præsertim ad costam, et punto fusco notatæ ad apicem venæ primæ longitudinalis: venis quarta et quinta, ante apicem paulo intus incurvatis.

*Pedes* toti flavo-rufescentes, punto nigricante ad apicem femorum posticorum, in mare magis distincto.

Raro lecta in collibus Italiae centralis.

---

Sp. 13. *S. tinctiventris* Rndn.

Similis præcedenti habitu et statura, sed tamen distinctissima, præsertim *Palpis* extrinsecus nigris; et *Ab-*

*domine* irregulariter nigricante maculato, non segmentis duobus ultimis utrinque determinate nigro maculatis: cætera ut in *punctiventre*.

A *Plumicorne* sequente, cui etiam similis difert, *Abdomine* nigricante variegato, non flavicante unicolore, et puncto nigro apicali femorum posticorum distincto

Rara in Italia superiore et media.

---

Sp. 14. *S. plumicornis* Fall. Zett. Lw. Schin. Rndn.

Similis præcedenti, etiam palporum apice nigricante, sed diversa *abdomine* flavo-testaceo immaculato, et *pedibus* totis flavo-luteis, etiam apice femorum posticorum non nigricante signato.

In tota Italia legitur, et vulgaris in superiore et media.

---

Sp. 15. *S. plumicheta* Rndn.

Iterum simills præcedentibus. sed a *plumicorne* et *tinctiventri* dignoscenda, palpis totis flavicantibus non apice nigris, et femoribus posticis apici haud nigro-notatis, difert a *punctiventre* et *tinctiventre*, et ab iisdem etiam *abdomine* toto immaculato etc. - Cætera ut in *Plumicorne*.

Non infrequens in Italia superiore et media.

---

Sp. 15. *S. rectinervis* Rndn. Long. Mill. 2-3.

Statura minore, sed *Arista* breviter pilosula non subplumata, et *venis longitudinalibus* alarum quarta et quinta extrinsecus rectissimis, non paulo ante apicem intus incurvatis, a proximis præcedentibus distinguenda.

Præterea; *Palpi* parvi, retracti, ægre observandi.

*Frons* lutescens, puncto ocellari fusco. *Antennæ* rufescentes.

*Thorax* rufus, vix in dorso vitta aliqua saturatiore.  
*Abdomen* fulvescens immaculatum.

*Alæ* sub-limpidæ, fere decoloris.

*Pedes* toti, cum tarsis, et geniculis, flavo lutei.  
Rarissimo lecta in Italia centrale.

---

Sp. 17. *S. dilecta* Rndn.

Corpus totum, cum antennis, palpis, et pedibus fulvescens.

*Arista* breviter pilosa.

*Alæ* dilutissime flavidæ, vena costali obscura, non nigricante maculata: transversis ordinariis fusco-limbatis, et etiam longitudinalibus tertia, quarta, et quinta ad apicem fusco-cinetis, non macula obscura sub-rotunda ad apicem signatis: transversa intermedia paulo extra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus perfecte parallelis etc.

Raro lecta in Italia centrale.

---

Sp. 18. *S. decempunctata* Fall. Mgn. Macq. etc.

Corpus cum palpis et pedibus flavo-testaceum, *Antennæ* apice nigro, arista breviter pilosa fusca, non plumata.

*Frons* limbo antico non nigro punctato.

*Abdominis* segmenta postice linea nigricante marginata.

*Alæ* dilute sub-flavidae, venis transversis ordinariis late fusco-limbatis, et apici venarum longitudinalium tertiae, quartae et quintæ, macula parva fusca sub-rotundata, distincta: costa immaculata: venis quarta et quinta extrinsecus rectis, parallelis.

*Pedes* flavo lutei, immaculati.

Raro legitur in Italia superiore et media.

---

Se. 19 *S. notata* Fall. Mgn. Zett. Lw. Schin. Rndn.  
duodecimpunctata Macq.  
trinotata Costa O.

Flavicante testacea: *palmis* pallide luteis: *arista* breviter pilosula fusca: *Frons* saepe vittam transversam fuscum antice præbet.

*Alarum* costa haud nigro-maculata: vena longitudinalis quarta fusco-bimaculata ante apicem: venis transversis et apice longitudinalium tertiae, quartæ et quintæ fusco-marginatis.

*Pedes* omnes et toti flavo-lutescentes.

In tota Italia a Pedementio ad Neapolim, quamvis raro inventa.

---

Sp. 20. *S. punctifrons* Rndn.

Tota testacea: *Arista* plumata. *Frons* limbo antico nigro-punctato. *Palpi* ad apicem nigricantes.

*Alae* macula costali nigra venis duabus primis interposita: limbo apicali late nigricante: vena transversa exteriore tantum, non etiam intermedia, fusco-marginata.

*Pedes* pallide testacei, femoribus posticis ad geniculos puncto nigricante signatis.

Rara in Italia superiore et centrale.

---

Sp. 21 *S. litura* Hoff. Mgn. Halid Rndn.

Wiedmanni Lw. Schin.

Flavo-lutescens: *Antennae* pallide flavae, *arista* puberula pallidiore. *Epistomii* limbo orale antice nigro-bipunctato.

*Frons* lutescens limbo summo antico nigro tripunctato: retro fusco-bimaculata; et in vertice puncto ocellare et saepe maculis duabus fuscis notata.

*Thorax* dorso fasciis quatuor nigricantibus, duabus exterioribus retro latoribus, et saepe bifidis: pleuris longitudinaliter utrinque fusco bilineatis.

*Scutellum* pallide luteum, latoribus magis vel minus obscure fuscis.

*Alae* in parte apicali late nigricantes vel fuscae; fuscedine in costa incipiente fasciam posteriorem efformante a margine paulo remota, et saepe usque ad basim alaruin continuata: fuscedine apicali interdum in strias longitudinales divisa: venis in parte infuscata nigris.

*Abdomen* lutescens, vel fusco-luteum.

*Pedes* pallide testacei, geniculis praesertim posticis paulo fuscis.

In tota Italia quamvis raro legitur.

---

Sp. 22. *S. praeusta* Fall. Mgn. Macq. Zett. Lw Schin Rnd.

Flavescens: *Antennis* immaculatis, arista breviter pilosula fusca. *Palpis* apice plus minusve nigricantibus.

*Fronte* puncto ocellari obscure fusco.

*Alae* vix flavedine tinctae: vena transversa exteriore tantum tenuiter fusco-limbato: longitudinalibus 3, 4 et 5 apice laevissime fusco cinctis, fuscedine aliquando confluente sic ut apex alarum paulo fuscus appareat, sed plerumque satis obsolete.

*Pedes* et *Halteres* pallide flavescentes immaculati.

In Italia superiori et media non rara.

---

Sp. 23. *S. interstincta* Fall. Mgn. Macq. Zett. Rnd.

Flavo-testacea, epistomate pallidiore: *Frons* flavescens puncto ocellari, et saepe etiam fasciola transversa fuscis.

*Antennae* flavescentes, arista sub-nuda fusca.

*Alae* sub-limpidae, venis transversis fuscedine angusta,  
sed distincta limbatis.

*Pedes* pallide lutescentes, immaculati,  
Rarissimo lecta in Italia superiore.

---

Sp. 24. *S. fuscicornis* Macq. Rndn.

spinitarsis Zett.

anisodactyla Lw.

rorida Wlk (non Fall.)

Corpus testaceo-flavidum: Antennarum articulo ultimo  
nigricante; et frontis puncto ocellare fusco.

*Alae* sub-limpidae, immaculatae, venis longitudinalibus  
quarta et quinta extrinsecus rectis, et parallelis.

*Pedes* pallide lutescentes, tibiis posticis, in utroque  
sexu, seta anteriore, apicale, flexa instructis: maris, tarsis  
posticis apici pilosis et spina armatis.

Facilius faemina tantum a Clar: Macquartio observata,  
nam da notis tarsorum masculi non loquitur.

Rarissimo lecta in Italia centrale.

---

Sp. 25. *S. obsoleta* Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn.  
apicalis Lw. Schin.

Corpus flavo-testaceum, nitidum: epistomio pallidiore.

*Frons* flava, opaca, puncto ocellare nigro.

Antennae, rufescentes, articulo ultimo apice rotundato,  
in medietate exteriore nigricante: arista puberula fusca.

*Palpi* extrinsecus plus minusve nigricantes.

*Abdominis* latera versus apicem paulo pilosa, sed setis  
validiusculis destituta.

*Alac* paulo flavicantes, immaculatae, apice summo an-  
guste et dilute fusco.

*Pedes* pallide lutescentes, tarsis vix obscurioribus.

In Italia superiore tantum, raro lecta.

---

Sp. 26. S. *Acuticornis* Rndn.

Similis *obsoletae* praecedenti, colore corporis, et pedum,  
et palporum antennarumque apice nigricante, sed certe  
distincta, praesertim:

1. Articulo ultimo *antennarum* sub-acuto ad apicem,  
non manifeste rotundato.

2. *Fronte* sere tota pumicata, lucida, non sere omnino  
opaca.

3. *Alis* vix et non distincie flavicantibus, summoque  
apice non neque dilute fuscescente.

Raro in Pedemontio lecta a Prof. Bellardi.

---

Sp. 27 S. *pallidiventris* Fall. Mgn. Macq, Zett.

Lw. Schin. Rndn.

*obsoleta* Wlk (non Fall.

*pallidicornis* (Var) Lw

Flavescente, sub-testacea: *thorace* saltem dorso fusco  
griseo: *abdominisque* segmentis linea postica nigricante  
marginatis; epistomio sub-albido:

*Antennae* rufescentes, arista puberula fusca.

*Frons* flavo-lutescens, albidi nitens, limbo summo api-  
cali anguste sub-ferrugineo. - *Palpi* flavicantes

*Thorax* dorso semper plus minus griseo-fusco: pleuris  
grisei et lutei variatis: scutello pallido macula lata grisea  
intermedia plus minus distincta.

*Abdomen* lineis marginalibus segmentorum nunc ni-  
gris. nunc fuscis

*Alae* sub-limpidae, immaculatae.

*Pedes* pallide lutescentes, tarsis vix saturationibus.

Non infrequens in Italia superiore et media.

---

Sp. 28 S. *albifrons* Bell. Rndn.

Habitu, statura, colore corporis. alarum, pedum etc.

proxima præcedenti, sed statim dignoscenda.

1. *Palpis* apice nigricante non totis flavidis.
2. *Fronte* et facie albo-sericeis, nitentibus, non pallide sub-luteis.

3. *Abdomine* segmentis postice haud nigricante marginatis, et etiam articulo ultimo antennarum infuscato, non ut præcedentes luteo-ruso.

Rarissimo lecta in Pedemontio a Prof. Bellardi.

---

Sp. 29. *S. palpella* Rndn.

Omnino fulvescens, *palpis* tantum exceptis apice nigro  
*Arista* pubescens.

*Alae* sub-limpidæ, immaculatæ: vena tertia longitudinale oriente a quarta, contra, non extra apicem areolæ basalis anterioris: vena transversa intermedia sub-æque distante ab exteriore et a basalibus.

*Abdominis* latera setulosa, sed macrochetis distinctis non instructa.

In Italia superiore et media non frequens.

---

Sp. 30. *S. consobrina* Zett. Rndn.

Similis fere in omnibus sp. præcedenti, a qua tamen faciliter distinguenda, *palporum* colore toto etiam apici luteo-flavido; et præcipue *vena longitudinali* tertia a quarta oriente paulo extra, non contra apicem areolæ basalis anterioris.

Raro inventa in Italia superiore et centrale.

---

Sp. 31. *S. rorida* Fall. Mgn. Macq. Zett. Lw,  
Schin. Rndn.

Duabus præcedentibus similis et proxima, sed major; et distincta, a *palpella*, *palpis* totis etiam apici pallide

luteis, non apici nigris: et a *consobrina*, vena tertia longitudinali a quarta oriente, contra. non extra, apicem areolæ basalis anterioris.

In Italia superiore et media frequenter legitur.

---

Sp. 32. S. *bipunctata* Mgn. Macq. Lw. Schin.  
Rndn.

Tota ut præcedentes rufo-flava: *Arista* vix pubescente etc. sed omnibus maior, et distincta; prosertim.

*Abdomine* ad basim segmenti quinti, puncto nigro utrinque notato, et

*Tibiis* intermediis apici tri-spinosis, non spinis duabus tantum armatis:

*Tibiisque* posticis sota apicali anteriore flexa, præter setulam sub-erectam exteriorem.

Non infrequentia in Italia superiore et media.

---

Sp. 33 S. *quatuorpunctata* Lin. Fab Mgn. Macq.  
Rndn. Wlk. (non Rossi nec Zett. nec  
Lw.).

Caracteribus omnibus similis præcedenti, excepto tantum abdome in hac non segmenti tantum quinti basi, sed etiam quarti utrinque puncto nigro notata.

Frequenter legitur in Italia superiore et media.

Sp. Linneanæ immerito adscripta fuit a non nullis dipterologis *Musca quatorpunctata* Rossii, quæ diversissima et Generi et Stirpi distinctis referenda, V. Gen. *Atherigona* in stirpe Anthomyiarum. Prodr. Vol. VI.

S. *quatuorpunctata* Zet. et Lw, diversa est a sp. Linnei, et proxima nisi æqualis videtur *tibiali* Macq. femoribus posticis subtus setigeris, tibiisque propriis callo nigro anicali signatis. V. Sp. 36.

Ci Walkerius Sap. *quatuorpunctata* Lin varietatem esse credit *sexpunctatam* Meig. sed non rite, quia in ista fibiæ intermedie apici bisetosæ non ut in illa spinis tribus armatae etc.

Sp. 34 *S. bisigillata* Bell. Rndn.

Corpus totum fulvescens - *Palpis* puncto nigro apicali.  
*Antennæ* apici puncto fusco notatae: arista puberula.  
*Abdominis* segmentum quintum in dorso maculis duabus nigris, latiusculis, proximis, sub-rotundatis ornatum.  
Alæ dilutissime sub-flavidæ: venæ quintæ longitudinalis segmentum ultimum duplo et ultra longius præcedente.

*Pedes* flavescentes, tibiis intermediis bicalcaratis.

Rarissimo lecta in Pedemontio a Prof. Bellardi.

Sp. *melanura* Zett, quæ istæ similis puncto fusco apicali antennarum et aliis notis, tamen distinctissima, præsertim punctis nigris abdominis numero et positione diversis: venæ quintæ longitudinalis segmento ultimo satis breviore etc.

---

Sp. 35 *S. sexpunctata* Mgn. Macq. Zett. Lw. Schin.

Rnd.

quatuorpunctata (prt.) Wlk.

Similis præcedentibus, colore corporis: *Arista* puberula et aliis notis, sed ab omnibus distincta segmentis tribus abdominis utrinque nigro-bipunctatis: et a *bipunctata* et *quatuorpunctata* difert etiam tibiis intermediis apice spinulas duas non tres ferente.

Raro legitur in Italia superiore et media.

---

Sp. 36 *S. bisbinotata* Rndn.

quatuorpunctata Zett. Lw. Schin. (non Lin.  
nec. Rossi) tibialis Var? Macq.

Pallide-lutescens: thoracis dorso paulo rufescente, et obsoleto obscurius sub-lineato. - *Arista* sub-nuda,

Alæ vix dilutissime flavidi tinctæ.

*Abdominis* segmenta quartum et quintum, basi utrin-

que puncto nigro notata, punctis in quinto maioribus et distinctioribus.

*Pedes pallide flavi, tibiis intermediis apici bicalcaratis: Maris postici femorum apice peniculo infero setularum nigrarum armato, et tibiis propriis intus ad apicem callo nigro instructis.*

*Fæmina pedibus simplicibus cum fœm: quadruplicatae confundenda, nisi tibias intermedias bicalcaratas non tribus spinis prædictas præberet.*

*Similis tibiali Macq. a qua distincta tantum præsentia punctorum nigrorum abdominis.*

Raro legitur in Italia superiore et centrale.

---

### G. XIII. PROSOPOMYIA Lw. Rndn.

Char. Gen.

*Facies in medio tumida, gibboso-sub-carinata, genis ad unumquodque latus serie setularum ciliatis:*

*Ipostomium sub-oculos satis descendens.*

*Antennarum articulus ultimus sub-ovatus, penultimo brevi: arista pilosa.*

*Buccula ad os, parva sed distincta.*

*Alarum notæ circiter ut in *Sapromyza*, inclusa venæ ultimæ posticæ brevitate.*

---

Sp. Ital. unica.

Sp. 1. P. *pallida* Lw. Rnd.

*Caput albicans, fronte læviter lutescente.*

*Antennæ fulvæ, arista breviter pilosa.*

*Thorax griseo-cinerascens: scutello lutescente basi fusco-grisea - Halteres albidi.*

*Abaomen lutei et nigricantis transversim fasciatum-apice lutescente; fasciis luteis ad apicem, obscuris ad basim segmentorum.*

*Pedes omnes et toti pallide lutescentes*

*Alœ limpidæ, immaculatæ.*

In Insulis australibus Italiæ, Sicilia et Melita. inventa.

---

G. XIV. EXOCHEILA Rndn.

HETEROCHЕILA Rndn. (olim) (1)

HETEROSTOMA Prodr. I.

HETEROMYZA Fall. p. Mgn. Zett. Schin.

Char. Gen.

*Antennæ brevissimæ, sub prominentia frontis insertæ articulo ultimo disciforme; arista dorsuali nuda.*

*Epistomium satis productum, buccula distinctissima porrecta.*

*Oculi sub-ovato rotundati.*

*Scutellum quatuor setosum.*

*Alœ costa non spinulosa, vena septima postica margini producta.*

Sp. Ital. unica, et typica.

---

Sp. 5. E. *buccata* Fall. Mgn. Zett. Rndn. Schin.

In Europa boreali legitur; et in montuosis Italiæ superioris.

*Caput sub-inflatum. - Frons flavo-rufescens - Epistomium sub-albicans. - Antennæ rufescentes, plus minus obscuriores ad apicem.*

*Thorax grisescens, vel cinerascens, scutello concolore: humeris saepè in mare rufescens.*

*Alœ sub-limpidæ venis transversis dilutissime fusco cinctis - Halteres albidi.*

(1) Iam in Zoologia pro Gen. Vermium nomen extat *Heterochelius*, et alia pseudo omonima, *Heterocheles* et similia: et hoc dicas de *Heteromyza*, jam *Heteromys* nomine adhibito etc.

*Abdomen* sub-tescaceum - *Pedes* flavo-rufescentes.

Exemplaria duo danica a Cl. Stæger missa observavi,  
et unicum in Apennino elatiore ditionis parmensis lectum.

---

G XV. ACTORA Mgn. Latr. Macq. Zett. Wilk.  
Rnd. Schin.

**HELCOMYZA** Curtis.

Char. Gen.:

*Antennæ* breves, articulo ultimo sub-globuloso: primis  
brevissimis: arista nuda ad basim articuli tertii inserta.

*Facies* non inclinata, paulo concava - *Oculi* rotundi.

*Epistomium* buccula parva sed observanda præditum.

*Scutellum* quatuor setosum.

*Alae* costa spinulosa: vena secunda longitudinalis sa-  
tis producta ultra transversam intermedium: longitudina-  
libus quarta et quinta extrinsecus paulo convergentibus:  
septima postica margini producta.

*Pedes* puberuli, tibiis tarsisque breviter setulosis.

---

Sp. typica.

Sp. l. A. *aestuum* Meig. Macq. etc ut in synon.  
generica.

Fusca, cinerascens, epistomate albido - *Palpi* nigri-  
cantes.

*Antennæ* nigræ - *Frons* grisea brevissime nigro  
hirtula.

*Thorax* dorso grisecente, Scutello concolore, maculis  
duabus vittiformibus, rubiginosis, superis.

*Abdomen* griseo-cinerascens, segmentis linea exilissima  
pallida postice marginatis.

*Alae* sub-albicantes, areola costali inter duas venas  
primas flavescente: venula transversa intermedia punto  
nigricante notata.

*Pedes* femoribus nigricantibus grisei adspersis, tibiis tarsisque luteo-testaceis.

Specimen observavi gallicum a Clar. Macquartio acceptum, et plura nordica a Cl. De Roder missa, sed ad litora maris etiam in Italia facilius invenienda.

---

G. DRYOMYZA Fall. Mgn. Macq. Zett. Wlk. Rndn.  
Schin.

DRIOPÆ Desv. - Musca Fab.

Car. Gen.

*Antennæ* breviusculæ, flexæ, articulo tertio oblongo sub-ovato, duplo et ultra longiore præcedente:

*Arista* tota sed vix puberula - *Frons* vertici tantum setosa.

*Facies* valde excavata, epistomio reflexo, buccula parva sub epistomium parum distincta.

*Alarum* costa non spinulosa: vena secunda longitudinale nuda, ultra transversam intermedium valde producta: septima postica marginem alarum attingente.

*Scutellum* quatuor setosum.

*Pedes* pubescentes, tibiis intermediis retro parce spinulosis, præter spinulas apicales.

---

Sp. Ital. unica (1)

Sp. I, D. *flaveota* Fab. Mgn. etc. ut in Synon.  
generica vetula Fall.

*Flavo* ferruginea et aliquando fusco-testacea, raro picea: Abdomine saepius obscuro, et thoracis dorso non raro ferruginei saturatiore.

(1) Dr. *anilis* cuius vena secunda alarum ciliata Stirpi sequenti spectat, genus proprium constituens, quod vocavi *Neuroctena*.

*Epistomium pallidum*; flavo-lutescens.

*Antennae* basi rufæ articulo ultimo fuscō-testaceo, aristā tota nigricante etiam basi.

*Alae* sub-limpidæ, immaculatae, areola costali inter duas venas primas flavescente.

*Pedes* pallide lutescentes, tarsis apici obscuris.

In Italia superiore et media, præsertim tempore autumnali vulgaris.





# ORTALIDINAE ITALICAE

COLLECTAE, DISTINCTAE ET IN ORDINEM DISPOSITAE

A

Prof. CAMILLO RONDANI



## DIPTEROLOGIAE ITALICAE

Prodromi

Pars VII — Fasc. 3.

### Linea A. ORTALOIDI.



Dipter. Stirps XX. ORTALIDINAE *Rndn.*

#### STIRPIS CHARACTERES.

*Alorum vena secunda longitudinalis crebre et breviter ciliata.*

*Antennae triarticulatae, articulo radicali brevi aut parum distincto: arista semper dorsuali, cuius articuli radicales semper sat breves, aut aegre distinguendi.*

*Palpi nunquam sat elongati, saepius vix ad epistomium, raro ultra distincte producti.*

*Epistomium nudum vel subnudum, aliquando piligerum vel breviter hirtum, vel setulosum sed setis validiusculis decussatis semper nullis: genis in unico genere macrochaetis armatis (*chae-tostoma*).*

*Oculi utriusque sexus in fronte distantes.*

*Calyptorum squamae parvae vel minimae, in unico genere manifeste dilatatae (*megaglossa*).*

*Alarum* venae longitudinales septem, quarum quinque costalem attingentes vel petentes: prima non infrequenter ad apicem interrupta vel in callositate diffusa: quinta extrinsecus recta vel parum incurvata, sed non angulatim flexa. — *Areolae* basales duae compleiae semper.

*Pedes* vel subnudi, vel pubescentes, raro setulosi, femoribus anticis exceptis fere semper setigeris: tibiis intermediis apice spinulosis, saepe spina aliqua validiore distincta; anticis et posticis setula erecta subapicali raro instructis, sed saepius nulla.

*Stirpis* genera facile in sectiones seu lineas distribuenda, et praecipue in tres sequentes, notis magni momenti distinctas.

Linea A. — ORTALOIDI.

*Alarum* vena prima integra et perfecta usque ad costalem.  
*Ocelli* distincti.

Linea B. — TEPHRITOIDI.

*Alarum* vena prima ad apicem late interrupta, vel in callositate diffusa.

*Ocelli* adsunt.

Linea C. — ADAPSILIOIDI.

Vena prima alarum vix a costali sejuncta.  
*Ocelli* indistincti.

Lineae ORTALOIDORUM genera.

Methodo systematica disposita.

- A. *Scutellum* setis duabus vel saepius quatuor instructum; si raro sex tunc calyptorum squamae sat parvae.
- B. *Vena tertia* longitudinalis oriens a quarta satis ante, non contra nec extra apicem areolae basalis retro positae.
- C. *Tibiae posticae* retro non setulosae.  
*Antennarum* articulus penultimus seta aliqua caeteris sat distinctiore praeditus superne.

Gen. I. NEUROCTENA. *Rman.*  
*Sp. typ.* *Dryomyza anilis.* *Fall.*

CC. *Tibiae posticae* setulis aliquibus extra munitae.  
*Antennae* articulo penultimo, seta nulla sat distinctiore superne praedito.

Gen. II. LIGNODESIA. *Rndn.*  
*Sp. typ.* *Sciomyza fuscipennis.* *Mgn.*

BB. *Vena tertia* longitudinalis oriens a quarta contra, non manifeste ante apicem areolae basalis retrpositae.  
D. *Frons* ultra oculos plus vel minus sed distincte porrecta.  
E. *Vena secunda* longitudinalis ultra transversam intermedium manifeste producta.  
F. *Antennae* breves, articulo tertio sub-ovato.

Gen. III. OTTRES. *Latr.*  
*Sp. typ.* *O. bucephala.* *Mgn.*

FF. *Antennae* elongatae, articulo ultimo cultriforme  
G. *Scutellum* setis quatuor instructum.  
*Antennarum* articulus ultimus triplo fere longior praecedente.

Gen. IV. MACHEIROCERA. *Rndn.*  
*Sp. typ.* *M. grandis.* *Rndn.*

GG. *Scutellum* setis duabus tantum, apicalibus, praeditum  
*Antennarum* articulus ultimus longitudine praecedenti subaequalis.

Gen. V. DORICERA. *Mgn.*  
*Sp. typ.* *D. graminum.* *Fabr.*

EE. *Vena secunda* longitudinalis contra, non manifeste ultra transversam intermedium producta.

Gen. VI. TETANOPS. *Fall.*  
*Sp. typ.* *T. impunctata.* *Lw.*

DD. *Frons* ultra oculos non aut vix porrecta.

- H. *Antennae* articulo ultimo vel distincte elongato, vel brevi et dorso concavo, non breviter sub-ovato nec disciforme.  
I. *Arista* manifeste pilosula.

Gen. VII. MELIERIA. *Desv.*

*Sp. typ.* *Scatophaga crassipennis.* *Fabr.*

- II. *Arista* nuda vel subnuda.

- L. *Venae* longitudinales quarta et quinta versus apicem manifeste convergentes — *Antennae* articulo ultimo non elongato, et dorso excavato.

Gen. VIII. CEROXYS. *Macq.*

*Sp. typ.* *Musca ortulana.* *Rossi.*

- LL. *Venae* longitudinales quarta et quinta non extrinsecus manifeste convergentes — *Antennae* articulo ultimo elongato et dorso non distincte excavato.

- M. *Vena* tertia longitudinalis, in costa, sat magis distans ab apice praecedentis quam sequentis.

Gen. IX. HERINA. *Desv.*

*Sp. typ.* *Ortalidis afflita.* *Mgn.*

- MM. *Vena* longitudinalis tertia, in costali, circiter aequidistans ab apicibus secundae et quartae.

Gen. X. RIVELLIA. *Desv.*

*Sp. typ.* *Tephritis singenesiae.* *Fabr.*

- HH. *Antennae* articulo ultimo breviter sub-ovato, vel subdisciforme.  
N. *Areola basalis* interior, angulo apicali infero sat elongato — *Antennae* articulo ultimo subdisciforme.

Gen. XI. MIENNYS. *Desv.*

*Sp. typ.* *Tephritis fasciata.* *Fabr.*

- NN. *Areola basalis* interior, angulo apicali infero non distincte elongato — *Antennae* articulo ultimo sub-ovato.

Gen. XII. ORTALIS. *Fall.*

*Sp. typ.* O. centralis. *Fabr.*

AA. *Scutellum* setis saltem sex instructum.

*Calyptra* squamis amplis vel amplissimis.

Gen. XIII. MEGAGLOSSA. *Rndn.*

*Sp. typ.* Platystoma umbrarum. *Mgn.*

Dipterorum Stirps XX. ORTALIDINAE.

Linea A. ORTALOIDI.

*Alarum* vena prima longitudinalis integra usque ad costalem, neque anguste ad apicem interrupta nec in callositate diffusa. — *Ocelli* distincti. — *Antennae* articulo penultimo non sat longiore ultimo.

Gen. I. NEUROCTENA. *Rndn.*

*Dryomiza* *Fall.* et al. *Auct.* — *Driops* *prt.* *Desv.*

*Antennae* flexae, breves, articulo ultimo sub-ovato, apice rotundato: *arista* sub-nuda ad apicem, in *parte basali* pubescens — *Facies* concava: *os* reflexum: *buccula* distincta.

*Alarum* vena secunda longitudinalis sat producta ultra transversam intermedium: tertia oriens a quarta satis ante apicem areolarum basarium, quarum interior, angulus apicalis inferus non elongatus.

*Scutellum* quatuor setosum.

*Pedes* pubescentes, tibiis intermediis retro spinulosis, posticis extra non setulosis.

(Nota) Genus proximum *Dryomyzae* *Fall.* a qua sejunctum, et distinctum praesertim vena secunda longitudinali breviter sed crebre ciliata, quo charactere in stirpe ortalidinarum locandum.

*Sp. 1.* N. Anilis. *Fall.* et al. *auct.*

Liturata. *Desv.*

Conf. Descript. Zetterstedtii Vol., V, pag. 2050.

Testacea vel ferruginea, venis transversis alarum fusco-limbatis.

In Pedemontio et Insubria praesertim alpina frequens, sed in aliis plagis Italicas rara.

Gen. II. LIGNODESIA. *Rndn.*

*Sciomyza* *prt.* *Fall.* *Mgn.* — *Oties p.* *Macq.*

*Oscinis p.* *Latr.* — *Scatophaga p.* *Fabr.*

*Pelidnoptera p.* *Rndn.* — *Phaeomyia p.* *Schin.*

*Frons* paulo porrecta, sed facies inferne subperpendicularis, non retro inclinata; *ore* non reflexo nec buccula instructo.

*Setae frontales* in vertice tantum adsunt.

*Antennae* breves, sub-erectae, articulo tertio sub-ovato; secundo brevi, seta nulla distinctiore praedito. — *Arista* vix puberula. *Alae* costa non spinulosa; vena secunda longitudinali plus vel minus producta ultra transversam intermedium: tertia oriente a quarta sat ante apicem areolae basalis retro positae: areola basali interiori angulo apicali infero non elongato. — *Scutellum* quatuor setosum.

*Pedes* tibiis quatuor posterioribus extrinsecus setulis aliquibus distinctis praeditis.

(Nota) Genus proximum *Pelidnopterae* in stirpe praecedente, sed sat distinctum, praesertim vena secunda longitudinali alarum ciliata, quo charactere Ortalidinis adscribendum.

*Sp.* Italicae.

a. *Venae* longitudinalis *quintae* segmentū penultimum distinete brevius ultimo. — *Vena secunda* parum aut vix producta ultra transversam intermedium.

b. *Frontis* margo anterior puncto nigricante inter oculos et antennas signato. — *Femora* inferne non crebre pubescentia.

*Sp.* 1. *Fuscipennis Mgn.*

bb. *Frontis* margo anterior non nigricante punctatus.

*Femora* inferne breviter sed crebre pubescentia.

*Sp.* 2. *Fumipennis Zett.*

aa. *Vena quintae* segnientum penultimum sub-aequale ultimo.

*Vena secunda* satis producta ultra transversam intermedium.

*Sp. 3. Bellardii Rndn.*

1. L. *Fuscipennis Mgn. Macq. Wlk. Schin. Rndn.*

*Ferruginea, antennis fulvis; arista nigricante.*

*Frons* margine anteriori non raro pallido, et semper macula vel puncto nigricante signato inter oculos et antennas.

*Thorax* griseo-sub-lutei adspersus, vittis aliquibus fuscis obsoletis in dorso.

*Alae* fuscae, costa ab apice venae primae extrinsecus fusciore, ad radicem pallida: vena longitudinali secunda parum producta ultra transversam intermedium.

*Pedes* lutescentes; femoribus inferne non nigro-pubescentibus, anticus saepe ad apicem fuscis, posterioribus ad geniculos puncto obscuro notatis: tibiis praesertim anticus paulo obscuris ut tarsi.

Non frequenter a me lecta in montuosis agri parmensis, et in Pedemontio a Bellardi et Gariglietti inventa.

2. L. *Fumipennis Zett. Vol. V. p. 2110.*

Similis praecedenti sed distincta. — *Fronte* in medio plus vel minus flava, antice et postice ferruginea, margine anteriori haud nigricante punctato, et praecipue *femoribus* inferne brevissime sed crebre nigro-pubescentibus.

*Praeterea:* *alae* fuscanae, circa venas fusciores, et in costa segmento stigmatico fusco-nigricante: vena secunda longitudinali parum producta ultra transversam intermedium, ista magis proxima exteriori, quam exterior apici quintae longitudinalis.

*Pedes* sordide lutescentes: femorum anticum apice intus fusco-vitato: tibiis anticus et posticus apici obscuris, ut tarsi.

Raro a me lecta in apennino parmensi, et in locis alpinis a Prof. Bellardi.

3. L. *Bellardii Rndn.*

♂. In genere major, similis praecedentibus habitu et colore, sed diversa non solum statura sed praesertim vena secunda longitudinali alarum sat magis producta ultra transversam intermedium;

et ista circiter sic distante ab exteriori, ut ab apice quintae longitudinalis distat exterior.

Praeterea ab una vel ab alia distincta, *Fronte* unicolore, margine antico haud nigro-punctato — *Thoracis* dorso distincte fusco-vittato, vittis duabus intermediis longioribus integris, lateralibus interruptis et antice abbreviatis — *Abdominis* segmenta postice fusco-limbata.

*Alae* latiusculae, fuliginosae praesertim circa venas, costa obscuriore, segmento stigmatico nigricante.

*Pedes* sordide lutescentes, tibiis paulo obscuris.

Alpina. Collectionis Bellardi.

(Nota) *Phaeomyiae leptiformis* Schin. si vena secunda longitudinalis alarum ciliata generi isto referenda, si nuda *Pelidnopteris* adscribenda (V. genus istud in Sciomyzini).

Gen. III. OTITES Latr. Macq. Rndn. Schin.

*Sciomyza p. Mon.* — *Heramya Desv.* — *Carmocaris Lw.*

*Frons* sat porrecta, facie retro valde inclinata.

*Antennae* breves, erectae, articulo ultimo breviter sub-ovato, vix vel non distincte longiore praecedente: arista nuda, fere in medio non ad radicem articuli oriente.

*Setae frontales* in vertice tantum majusculae, alibi brevissimae.

*Alarum* vena secunda longitudinalis ultra transversam intermedium distincte producta: tertia oriens a quarta contra apicem areolae basalis retro positae: areolae basalis interioris angulus apicalis inferus non elongatus — *Scutellum* quatuorsetosum.

*Pedes* quatuor posteriores subnudi, apice tantum tibiarum intermedianarum breviter spinuloso.

*Sp. I. O. bucephala Mgn. Macq. Rndn. Lw.*

*Nebulosa Desv.* — *Nubila v. Rndn.*

*Frons* rubra vel rufa, vertice plus vel minus late et saturate fusco-grisea: foveae faciales punctum lineiforme nigrum includentes.

*Alae* varie fusco-maculatae, obscure vel dilute vel dilutissime, sem-

per tamen distinctis maculis tribus costalibus, spatio pallido  
sejunctis: et venis semper plus minusve fusco-limbatis.

*Scutellum* non raro ad apicem paulo rufescit.

*Pedes* luteo-tesiacei, tarsis apice fuscis.

Primo vere in agro Parmensi, Insubria et Pedemontio legitur.

Gen. IV. MACHEIROCERA *Rndn.*

Doricera *Macq.* (non *Mgn*).

*Frons* valde porrecta; *facies* retro sat inclinata, in medio cari-  
nata — *Oculi* subrotundati.

*Antennae* longae, porrectae, articulo secundo longiusculo, tertio  
longiore fere triplo praecedente, basi latiore, gradatim versus  
apicem attenuato, seu cultriforme: arista crassiuscula, nuda,  
paulo longe a radice articuli oriente.

*Alarum* vena secunda sat producta ultra transversam interme-  
diam: tertia oriens a quarta extra transversam interiorem retro  
positam: quintae segmentum penultimum triplo circiter brevius  
praecedente: areolae basales aequae longae, posteriori apice con-  
vexo et angulo apicali infero non producto.

*Scutellum* setis quatuor instructum.

*Pedes* subnudi, femoribus anticis tantum setigeris: tibiis interme-  
diis apice spinulosis, spinulis duabus validioribus.

*Sp. 1. M. grandis Rndn.*

graminum *Macq.* (non *Mgn*).

Grisea, vel griseo-lutescens, *Capite* et *pedibus* luteis.

*Antennae* rufae, articulo tertio apice late nigro: arista apice albi-  
cante, basi fulvescente.

*Frons* fasciis duabus lateralibus et vertice nigris, occipite obscuro  
grisei adperso vel tecto.

*Genae* nigro-maculatae et vittatae, maculis duabus ad unumquod-  
que latus, una ante, alia post oculos, praeter vittam inferam:  
*Facies* maculis duabus sub antennas in foveis lateralibus, nec non  
macula infera et vittis duabus in carina intermedia.

*Palpi* et *limbus Epistomii* nigricantes.

*Thoracis* dorsum nigro-vittatum, vittis duabus intermediis, usque

ad marginem anteriorem elongatis, duabus exterioribus postice bifidis, antice abbreviatis, et duabus lateralibus latiusculis, integris a margine anteriori ad radicem alarum ductis.

*Scutellum nigro-limbatum* — *Halteres* albantes.

*Abdomen* fasciis duabus longitudinalibus, superis, prope marginales nigris.

*Alae* fusi, nigricantis, et pallidi variae, margine antico a radice alarum usque ad apicem venae secundae longitudinalis nigricante: margine posteriori dilute fuscescente: venis transversis ordinariis nigricante-limbatis: apice plus vel minus infuscato, et ibi venis obscurius limbatis.

Fæmina similis mari, excepto oviducto in hac paulo porrecto, sub acuminato.

In montuosis alpinis Insubriae et Pedemontii raro inventa a Decristofori, Mussino, et Bellardi.

Gen. V. DORICERA *Hofg. Mgn. Wlk. Rndn. Schin.*

*Tetanocera Latr.* — *Oscinis Desv.*

*Scatophaga* et *Musca Fabr.*

*Frons* valde porrecta; facies sat inclinata, in medio carinata — *Oculti* subrotundati.

*Antennæ* longae, erectae, *articulis* duobus *ultimis longitudine* sub *aequalibus*, ultimo cultriforme: *Arista* crassa nuda etc. ut in gen. praecedente.

*Scutellum setis* duabus tantum *apicalibus* praeditum.

*Alarum* vena secunda longitudinalis distincte producta ultra transversam intermedium: tertia oriens a quarta extra apicem areolæ basalis anterioris: quintae segmentum penultimate duplo circiter brevius praecedente: Areolæ basalis posterioris angulus apicalis inferus non elongatus.

*Pedes* subnudi, femoribus anticis tantum setigeris: tibiis intermediiis apici spinulosis, spinulis duobus distincte majoribus etc.

Sp. I. D. graminum *Fabr. Mgn. Latr. Wlk. Rndn. Schin.*  
tamnicola *Desv.*

*Facies* et *Frons* sere ut in *Macheirocera* grandi maculatae, excepta

carina faciali quae macula nigra infera in *D. graminum* de-  
stituta.

*Antennarum* articulus ultimus in medietate apicali niger — *Thorax*  
*nigro-fasciatus* — *Scutellum nigro-cinctum*.

*Alae* venis transversis fusco-limbatis, costa partim fuscescente,  
apice fusciore.

*Abdominis* dorsum nigrum, vitta longitudinali intermedia, angu-  
sta cinerascente. — *Statura parva*

Non frequenter legitur a Majo ad Julium in herbosis agri  
parmensis et Insubriae.

Gen. VI. *TETANOPS* Fall. Mgn. Mcq. Zett. Rndn. Schin.

*Terelliosoma* pr. Rndn.

*Frons* distincte producta ultra oculos, sed *facies* aut retro incli-  
nata aut subperpendicularis.

*Antennae* breves sub-erectae, articulo ultimo vel sub-ovato vel lon-  
giusculo: *Arista* nuda prope radicem articuli inserta — *Scutel-  
lum* quatuor setosum.

*Alarum* vena secunda longitudinalis contra transversam interme-  
diā costali connexa, non ante nec extra.

*Pedes* subnudi, femoribus anticis tantum setigeris.

*Areola* basalis alarum posterior angulo apicali infero non elongato.

Species observatae.

a. *Abdomen* grisescens vel pallide lutescens, late nigro-maculatum.

b. *Facies* distincte inclinata.

*Sp. 1. Myopina* Fall.

bb. *Facies* subperpendicularis (*Terelliosoma* Rndn.)

*Sp. 2. Impunctata* Lw.

aa. *Abdomen* atro-nitens, transversim albidi fasciatum.

*Sp. 3. Contarinii* Rndn.

*Sp. 1. T. Myopina* Fall. Mgn. Mcq. Zett. Schin. Rndn.

Conf. Descript. Zetterst. Vol. V, p. 2149.

*Frons* ut *Thoracis* dorsum crebre impresso-punctulata, tota pallide  
fulvescens albidi adspersa.

*Antennae* articulo ultimo brevi, versus apicem non attenuato — *Abdominis* pallidi dorsum late nigro-maculatum etc.

Nondum in Italia capta, Specimen meum Danicum a cl. Staeger acceptum.

*Sp. 2. T. Impunctata Lw.*

Heryngii *Macq. Rndn.* (1856) *Impunctatus* (1854).

♂. *Caput* sub-inflatum, *facie* non manifeste inclinata, cum genis et fronte pallide lutescentis unicoloribus.

*Antennae* fulvae, articulo ultimo brevi sub-ovato: *arista* fusca basi lutea. — *Palpi* fulvescentes.

*Frons* ut *Thoracis* dorsum non manifeste impresso-punctata.

*Thorax* griseo-sblutescens, scutello luteo, metathorace fusco-griseo — *Halteres* pallidi.

*Alae* sublimpidae, costa segmento stigmatico lutescente: venis tribus transversis, et apicibus longitudinalium tertiae, quartae, et quintae fusco-limbatis, et basi venae tertiae vitta obscura.

*Quintae* segmentum penultimum duplo circiter brevius praecedente.

*Pedes* lutescentes.

♀. *Oculis* paulo oblongis, *abdominis* maculis nigris dilutioribus, et terebra longiuscula, depressa, lutea, a mare distincta.

Specimina plura a cl. Haliday ad *Littora maris* prope ostium sareuli in Etruria inventa: et prius in Gallia australi lecta a Macquartio et mihi transmissa.

*Sp. 3. T. Contarinii Rndn.*

*Caput* fulvescens, genis paulo albo-sericeis, ut latera frontis, ista antice spatio subnudo rufo, rufescens postice bifida et ad latera fusco limbata: puncto ocellari et maculis latis retro oculos in occipite griseo-fuscis: genis sub oculos vitta fusca signatis: frontis lateribus punctulatis.

*Thorax* dorso griseo, vel griseo-lutescente, nigro-punctulato, punctis ut in fronte parvis et parum impressis.

*Scutellum* lutescens, non punctulatum. — *Halteres* lutei.

*Antennae* rufescentes, articulo ultimo distinete longiusculo et sensim a basi ad apicem attenuato.

*Alae* dilutissime sublutescentes, venis transversis duabus ordinariis fusco-limbatis non etiam interiore: costa maculis fuscis notata, una supra radicem venae longitudinalis tertiae; alia in apice venae secundae: apice venarum tertiae et quartae fuscedine cincto, tertiae obscuriore maculiforme.

*Abdomen* atrum nitidum, transversim albidi fasciatum.

*Pedes* rufuli, femoribus praesertim anticis, saltem inferne et extrinsecus paulo infuscatis.

*Faeminae* terebra brevi depressa.

Unicum exemplar olim accepi hujus speciei a Nob. Nicolao Contarini ad littora Adriatici lectum, et post a cl. Haliday ad ostium sarculi in Etruria specimina aliqua inventa fuerunt.

Gen. VII. MELIERIA Desv. Rndn.

*Ortalix Fall. Mgn. Wlk.* — *Ceroxis Macq. Schin. Lw. p.*  
*Scatophaga Fabr.* — *Musca Lin.*

*Frons* non porrecta: *facies* non inclinata.

*Antennae* breves, erectae, articulo ultimo dorso plus vel minus excavato et apice acutiusculo; articulo penultimo triplo circiter breviore sequente.

*Arista pilosa vel distincte pilosula.*

*Alarum* vena secunda longitudinalis non manifeste producta ultra transversam intermedium: quarta et quinta extrinsecus non distinctae approximatae sed sub parallelae: *areolae* basales aequae longae, postica angulo infero apicali non elongato.

*Scutellum* quatuor setosum.

*Pedes* sub-nudi, femoribus anticis tantum setigeris, et apice tibiarum intermediarum spinuloso.

*Sp.* Italicae.

a. *Alae* apice macula lata nigricante destitutae.

*Sp.* 1. Subapennina Rndn.

aa. *Alae* apice macula lata nigricante praeditae.

b. *Pedes* omnino fulvescentes.

*Sp.* 2. Etrusca Rndn. (1).

(1) Prope *Etruscam* locanda si in Italia inveniatur Sp. *Omissa* Mgn.

bb. *Pedes* partim, saltem in femoribus nigricantes.

c. *Antennae* articulo ultimo, et *pedes* saltem partim lutescentes vel rufescentes.

d. *Pedes* femoribus, tibiis et tarsis partim nigricantibus.

*Caput* vertice griseo-fusco.

*Sp. 3. Parmensis Rndn.* (1).

dd. *Pedes* femoribus tantum partim nigricantibus ad basim.

*Caput* etiam in vertice lutescens.

*Sp. 4. Crassipennis Fabr.*

cc. *Antennae* articulo ultimo, et *pedes* toti nigricantes.

*Sp. 5. Cana Lw.*

*Sp. 1. M. subapennina Rndn.*

Grisea, *capite* pallide luteo, *genis* paulo albicantibus, *occipite* vix retro oculos fusco-cinerascente.

*Antennae* rufae: *arista* fusca, manifeste pilosa.

*Thorax* ut *abdomen* unicolor, *scutello* plus vel minus testaceo vel lutescente, et aliquando paulo etiam humeris luteis. — *Halteres* pallidi.

*Avae* sub-limpidae, maculis quinque fuscis notatae, una sub-interrupta ad originem venae longitudinalis tertiae: alia in costa ante apicem venae tertiae, et alia ante apicem venae secundae. et duabus venas transversas ordinarias cingentibus: venis longitudinalibus quarta et quinta summo apice cum vena costali angustissime fusco-cinctis, et puncto fusco in vena secunda prope transversam parvam radicalem.

*Pedes* testaceo-lutei, aliquando femoribus praesertim anticis paulo fuscescentibus.

Raro a me lecta in collibus ditionis parmensis et a Prof. Bellardi in Piedmontio.

*Sp. 2. M. etrusca Rndn.*

Griseo-sUBLutescens: *capite* pallide luteo, *fronte* tota etiam in vertice fulva — *Antennae* omnino etiam apice rufae: *arista* fusca breviter pilosa.

(1) Prope Parmentem pone si in Italia lecta erit Sp. *Picta* Mgn.

*Thorax* dorso griseo lateribus paulo lutescentibus.

*Scutellum* fulvescens — *Abdomen* griseo-sub-luteum, unicolor.

*Alae* dilutissime sublavidae, nigricante-fasciatae et maculatae: macula ad originem venae tertiae: fascia ad apicem venae secundae, usque ultra venam quintam descendente, et transversam intermedium includente: macula lata circa venam transversam exteriorem; et fascia ad apicem alarum etiam in costa ascendentis et contra apicem venae tertiae sub-interrupta. Punctum nigrum quoque adest contra apicem areolae basalis anterioris.

Raro lecta in Etruria, una vice a Piccioli in ditione florentina, et postea a cl. Haliday in agro Lucensi.

*Sp. 3. M. parmensis Rdn.*

Parva, cinerea: *Capite* rufescente, vertice et occipite fusco-griseis sub-cinereis, foveis facialibus vitta nigra signatis.

*Antennae* rufae, arista fusca, breviter pilosa.

*Thorax* cum *scutello* cinerascens — *Abdomen* griseum, fasciis transversis nigris margini postico segmentorum.

*Alae* albantes, basi pallidissime subluteae, nigricante quadrifasciatae: fascia abbreviata ad originem venae tertiae longitudinalis a quarta, inter venas secundam et sextam: fascia postice interrupta oriente a costa contra apicem venae secundae, et descendente ultra venam quintam, includendo venam transversam intermedium: fascia brevi venam transversam exteriorem cingente; et fascia lata apicali, integra, in costa ascendente, et postice dilatata fere usque ad venam quartam. — *Halteres* pallidi.

*Pedes* nigricantes, anticis totis, posterioribus anulo tibiarum, lato, et metatarsis pallidis.

Non frequenter lecta in collibus agri parmensis, et aliquando etiam in Pedemontio a Bellardi et in Etruria a Piccioli et Haliday.

*Sp. 4. M. crassipennis Fabr. Fall. Mgn. etc.*

*gangrenosa Desv.*

Conf. Descript. Zetterst. V. 2163.

Similis *subapenninae* et *Etruscae* sed statim dignoscenda, fasciis nigris *abdominis* quibus illae destitutae sunt; *scutello* thorace

concolore non neque partim lutescente: *pedibus* partim nigricantibus etc.

Nondum in Italia capta: specimina mea danica vel gallica a cl. Staeger et Macquart missa.

*Sp. 5. M. cana Lw.*

Species a me non observata et sic a Loewio descripta.

« Cana unicolor, *capite* flavescente, tertio *antennarum* articulo, *pedibusque* brunneis. — *Alae* venis testaceis maculisque nigris; prima basim nervi longitudinalis tertii cingente: secunda ad marginem anteriorem in apice stigmatis posita: tertia reliquis majore et basi truncata, finem nervi longitudinalis tertii cingente, et cum quarta et quinta minoribus in fine nervorum longitudinalium sequentium sitis, ipso alae limbo nigricante conjuncta: sexta et septima denique nervos transversos cingentibus ». — Zante prope Tergestum.

Gen. VIII. CEROXYS Macq. et Schin. p.

Mekelia Desv. Rndn. (olim). — Ceratoxys Rndn.

Ortalix Fall. Mgn. Zett. Wlk. — Scatophaga p. Fabr.

Musca Lin. Rossi. — Anacampta Lw.

*Frons* non porrecta: *Facies* non inclinata — *Antennae* erectae, breves, articulo tertio plus vel minus superne excavato et apice acutiusculo — *Arista* *nuda* vel *subnuda* — *Scutellum* quatuor setosum.

*Alarum* vena secunda longitudinalis ultra transversam intermedium costali conjuncta: *quarta* et *quinta* manifeste *ad apicem* approximatae: areola basalis interior angulo apicali infero non distincte elongato.

*Pedes* subnudi, femoribus anticis tantum setigeris.

Species Italicae.

a. *Fascia nigricans alarum*, venam transversam exteriorem includens, integra a costa usque ad marginem posteriorem.

*Sp. 1. Urticae L.*

aa. *Fascia nigricans alarum* venam transversam exteriorem includens sat brevis ad venam quartam longitudinalem non ascendens.  
b. *Maculae duae nigricantes* ante et post apicem venae tertiae sitae, magis vel minus sed distincte remotae.

*Scutellum* omnino nigrum etiam in margine.

*Sp. 2. Hortulana Rossi.*

bb. *Maculae duae nigricantes* ante et post apicem venae tertiae sitae, saltem anguste confluentes.

*Scutellum* etiamsi anguste ad marginem lutescens.

*Sp. 3. Pomariana Rndn.*

*Sp. 1. C. Urticae Lin. et auct. omnes.*

Cont. Descript. Zetterst. V. p. 2152.

Facile a congeneribus distinguenda *tibiis* partim nigricantibus, non totis testaceis, et fascia una *alarum* a costa usque ad marginem posteriorem descendente, non omnibus abbreviatis vel maculiformibus.

Lecta non frequenter a cl. Spinola in Liguria, a Prof. Costa prope Neapolim, et in Sicilia nuper a cl. Haliday.

*Sp. 2. C. Hortulana Rossi* (1790), *Rndn.*

*Hyalinata Pnz.* (1798), *Schin.*

*Marmorea Fabr.* (1805), *Mgn. Macq. Rndn.* (olim).

*Caput* cum *antennis* rufum, circa oculos albidi pollinosum.

*Thorax* niger grisei adspersus, vittis dorsualibus obscuris.

*Scutellum* thorace concolor totum nigrum etiam in margine.

*Abdomen* atrum, nitens, fasciis duabus transversis albidis.

*Alae* vix dilutissime fusco-lutescentes, basi minus dilute; areola stigmatica et limbo venarum posticarum magis luteis: fasciis duabus in costa abbreviatis, et maculis tribus in parte apicali nigricantibus, quarum una costalis ante apicem venae tertiae, et una apicalis ad apicem venae ipsae non ascendens, inde una ab alia plus minusve remota.

*Pedes* femoribus in medio late nigricantibus, alibi rufo-testacei.

In Italia superiori et media frequens, praesertim primo vere: in agro parmensi vulgaris.

*Sp. 3. C. Pomariana Rndn.*

Similis habitu et statura spec. praecedenti, et facile cum eadem confundenda, sed certe diversa notis paucis sed constantibus, scilicet, *Scutelli* limbo semper plus vel minus lutescente, et maculis duabus apicalibus alarum in speciminibus omnibus, quamvis aliquando anguste aut dilute sed semper confluentibus.

Non infreque ter eam legi in agro parmensi, et aliquando etiam inventa in Etruria a Piccioli.

Gen. IX. *HERINA Desv. Macq. Rndn. Schin.*

*Ortalix Fall. Mgn. Zett. Wlk. Loew.* — *Pteropectria* et *Tephronota Lw.*

*Tephritis p. Fabr. Latr.* — *Musca L. Rossi.*

*Frons* non producta — *Facies* perpendicularis, carinata.

*Antennae* plus vel minus elongatae et flexae, articulo tertio non vel vix apparerter superne concavo et apice acutiusculo: *Arista* nuda vel subnuda.

*Alae* venis duabus primis ubique sejunctis et distinctis: *quarta* et *quinta* non manifeste *versus apicem approximatae*: transversa intermedia contra, aut vix ante apicem sita secundae longitudinalis: *Areola* basali posteriore angulo apicali infero non elongato distincte: *Venae* quintae segmento penultimo ad summum triplo breviore praecedente: *vena* tertia longitudinali in costa magis proxima sequenti quam praecedenti.

*Species Italicae.*

a. *Facies* tota etiam inferne rufescens vel fulva.

b. *Alae* summo apice non nigricante.

c. *Pedes* toti rufi.

*Sp. 1. Helvipes Mili.*

cc. *Pedes* late, nisi fere toti nigri vel nigricantes.

d. *Alarum* margo posticus, retro venam longitudinalem sextam distincte fuscus.

*Sp. 2. Ghilianii Rndn.*

dd. *Alarum* margo posticus non infuscatus.

- e. *Alae* maculis quatuor elongatis nigricantibus signatae: tribus in costa, quarta venam transversam exteriorem cingente.

*Sp. 3. Afficta Mgn.*

- ee. *Alae* fasciis duabus latissimis nigricantibus, interiori antice exteriore postice profunde excavatis.

*Sp. 4. Cerasi Lin.*

- bb. *Alae* summo apice plus vel minus late nigricante.

- f. *Abdomen* haud albidi fasciatum. — *Antennae* rufae apice nigro.

- g. *Pedes* nigricantes etiam in coxis et metatarsis.

*Sp. 5. Maerens Mgn.*

- gg. *Pedes* nigricantes, coxis omnibus, et metatarsis quatuor posterioribus lutescentibus.

*Sp. 6. Germinationis Rossi (exclus. sinon).*

- ff. *Abdomen* albidi bifasciatum. — *Antennae* totae etiam apice rufae.

*Sp. 7. Bifasciata Lw.*

- aa. *Facies* saltem inferne, nisi tota nigra.

- h. *Frons* in medio plus vel minus late rufa.

- i. *Frons* late rufa, vittis lateralibus nigris marginata — *Antennae* sat elongatae.

*Sp. 8. Palustris Mgn.*

- ii. *Frons* nigra vitta intermedia rufa. — *Antennae* sat breves.

*Sp. 9. Oscillans Mgn.*

- hh. *Frons* tota nigra vel nigricans.

- l. *Alae* venis transversis fusco-cinctis: longitudinalis ultima postica margini producta.

*Sp. 10. Paludum Fall.*

- ll. *Alae* venis transversis non fusco-cinctis: longitudinalis ultima postica sat abbreviata.

*Sp. 11. Pusilla Rndn.*

*Sp. 1. H. Helvipes Milt.*

Rufipes *Macq.* (1)

Similis *H. Scutellaris Desv.* colore rufescente scutelli et pedum, sed satis diversa, *capite* rufo non cinereo, et *alis* non obscuris, nec ut in sp. *Luctuosa pictis*.

A congeneribus hic notatis scutello et pedibus rufescensibus statim distinguenda, praeterea ab una vel alia differt notis sequentibus.

*Frons* tota etiam in vertice rufa, ut *antennae* etiam apice, et *facie* etiam inferne: orbitis oculorum albidi.

*Thorax* fusco-nigricans grisei adspersus.

*Abdomen* atrum nitidissimum fere subcaeruleascens.

*Alae* costa dilutissime fusco-lutescente ante apicem venae secundae longitudinalis, ima basi fusciore; et maculis duabus nigricantibus extrinsecus signata: una ad apicem venae secundae parva, alia ad apicem vena tertiae latiore.

Praeterea vitta fusca ante originem venae tertiae a quarta adest, et venae transversae ordinariae anguste sed determinate nigro-cinctae observantur.

Spicimina non nulla lecta fuerunt a cl. Haliday in agro Lucensi.

*Sp. 2. H. Ghilianii Rndn.*

Atra nitida, *capite* rufo, orbitis albicantibus.

*Antennae* rufescentes apice paulo fusco, articulo ultimo elongato ad apicem sub-acutiusculo.

*Abdominis* segmentum secundum basi plus vel minus albida.

*Alae* costa nigricante a radice usque ad apicem vena primae, et ibi nigredo in fasciam retro extensa usque ad venam sextam longitudinalis: fascia transversa nigricante ab apice venae secundae pari modo usque ad venam sextam descendente, postice attenuata, et transversam intermedium includente: fascia transversa paulo ante apicem sita, in costa lata, postice angustata, ultra venam quintam longitudinalis producta; et fascia brevi venam

(1) *H. Rufipes* jam adest in speciebus a Robinean nuncupatis.

transversam exteriorem cingente; et retro venam sextam per totam longitudinem margine posteriore distincte infuscato.

*Pedes nigri*, tarsis quatuor posterioribus lutescentibus.

A Prof. Ghiliani prius in Sicilia lecta, inde a Doct. Schembri in Insula Melita.

*Sp. 3. H. Afflita Mgn. Schin.*

Lugens *Mgn.* (*non Wdm.*)

Similis: praecedenti sed minor et distincta, praesertim margine posteriore alarum non infuscato, et fasciis nigricantibus sat minus elongatis, duabus interioribus ante venam sextam, sub-apicali ante venam quintam sistentibus.

In iconе Meigenii nigredo costalis ad basim alarum non observanda sed in diagnosi indicata.

Vulgaris in tota Italia praesertim superiori et media.

*Sp. 4. H. Cerasi Lin. Mgn. Macq. Zett. Wlk. Rndn.*

Frondescentiae *Lin. p. Lw. Schin.* (*Gen. Thryophila Lw.*).

Mali et morio *Fabr.* — Uliginosa *Fall.*

*Sp. a* congeneribus statim dignoscenda alis latissime nigro-bifasciatis, fascia interiori antice, exteriori postice profunde excavatis.

Apud nos raro in cerasorum fructibus larva invenitur, rarius Insectum declaratum.

*Sp. 5. H. Maerens Mgn.*

Similis spec. sequenti seu *H. germinationis* Rossi, vel *Nigrinae* Meig. sed statura distincte minore, et praecipue diversa colore pedum nigricante etiam in coxis et metatarsis, vix geniculis angustissimae rufescentibus.

*Conf.* Diagnosim sp. sequentibus.

Semel lecta in ditione Lucensi ab Haliday.

*Sp. 6. H. Germinationis Rossi (exclus. sinon.)*

*Nigrina Mgn. Macq. (ortalis) Rndn. Schin.?*

A praecedente distincta statura majore, et pedum colore non toto

nigro sed *coxis* et *metatarsis* quatuor posterioribus praeter geniculos lutescentibus.

Ab aliis congeneribus vero diversa, costa *alarum* nigricante a basi usque ad apicem venae secundae longitudinalis, et nigredine apicali in costa ascendentē, ibi exili et sensim postice dilatata ultra venam quartam: fascia transversa intermedia ab apice nigredinis costalis ultra venam quintam descendente: vena transversa exteriore nigricante limbata. — *Thorax* nigricans grisei adspersus, unicolor.

*Abdomen* totum nigro-nitens.

*Caput* et *antennae* circiter ut in *afficta* Meig

Sinonim. Schinerii dubia, quia in speciminibus nostris thorax haud grisei vittatus.

Frequenter in Italia legitur praesertim boreali et media.

*Sp. 7 H. bifasciata Leo.*

Hilaris *Rndn.*

*Frons facies* et *antennae* totae etiam apice laete rufae, orbitis oculorum albidis — *Antennae* mediocriter longae, articulo tertio apice paulo acutiusculo.

*Thorax* cum *scutello* cinerascens unicolor.

*Abdomen* nigro-nitens, segmentis secundo et tertio basi albidi fasciatis.

*Alae* costa nigricante a basi usque contra venam primam, et ibi uigredo in fasciolam brevissimam retro extensa: ad apicem venae secundae fascia nigricante usque ultra venam quintam descendente, transversa intermedia inclusa, in costa nigredini basali proxima sed sejuncta spatio angusto pallide sub-lutescente: vena transversa exteriore fasciola nigricante cincta: apice nigro-limbato, nigredine usque ultra venam quartam descendente, postice latiore, et intus excavata, antice in costa non neque exiliter continuata usque ad venam secundam.

*Pedes* nigri, quatuor posteriorum tarsis basi et geniculis lutescentibus — *Halteres* albidi.

Unicum exemplar legi in montuosis agri parmensis, et in Sicilia etiam vivit teste Loewio.

*Sp. 8. H. palustris Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

Conf. Descript. Zetterst. V. p. 2162.

Distincta a praecedentibus prae ceteris facie nigra, a sequente,  
seu *oscillante* Mgn. fronte latissime non anguste rufa et antennis  
sat longioribus, etc. ab aliis fronte non tota nigra.

*Alae* parce et dilute fusco-notatae, venis transversis fusco-cinctis.

Frequens in Italia superiori ad aquas palustres et etiam in  
Italia media legenda.

*Sp. 9. H. Oscillans Mgn. Schin.*

Similis *H. palustri* Mgn. sed distincta, *antennis* sat brevibus et  
colore frontis late nigro, vitta tantum intermedia rufa, sed etiam  
venis transversis non manifeste fusco-limbatis: costa alarum ad  
basim anguste fuscesciente usque ad apicem venae secundae, ad  
radicem obscuriore: apice venae tertiae macula fusca notato,  
latiuscula, usque ad venam quartam extensa, sed non ad apicem  
alae.

*Pedes* nigri, tarsis quatuor posterioribus lutescentibus.

In agro **Lucensi** lecta a cl. Haliday.

*Sp. 10. H. Paludum Fall. Mgn. Zett. Schin.*

*Longicornis Desv. Macq.*

Conf. Descript. Zetterst.

*Capite* toto nigro etiam in medio frontis a precedentibus diversa,  
et prae ceteris vena ultima postica non abbreviata a sequente  
distinguenda.

Raro in Italia superiori lecta, a Doct. Marietti olim in Insu-  
bria, et nuper in Pedemontio a Prof. Bellardi.

*Sp. 11. H. pusilla Rndn.*

Congenerum omnium minor et facile distinguenda, brevitate venae  
septimae, seu ultimae posticae, sat abbreviatae, et longe a mar-  
gine sistentis, nec non venis transversis nullis fusco-limbatis;  
praeterea,

*Caput* totum nigrum — *Antennae* elongatae usque ad epistomium,  
fusco-rufescentes, apice fusciores.

*Thorax* grisei adspersus — *Abdomen* atrum.

*Pedes nigricantes, geniculis, et tarsis posterioribus ad basim late sublutescentibus.*

*Alae costa ad radicem tantum anguste, et apici macula latiuscula obscure fuscis: macula apicali in margine venas tertiam et quartam includente.*

Semel lecta ad Niceam a Prof. Bellardi.

Gen. X. RIVELLIA Desv. Rndn. Schin. Lw.

Herina Macq. — Ortalis Fall. Mgn. Zett. Wlk.

Tephritis Latr. Fabr. — Musca Fab. Shr.

*Frons non porrecta. — Facies non inclinata.*

*Antennae flexae, et sat elongatae, fere usque ad epistomium, articulo ultimo exili, dorso subrecto: arista subnuda.*

*Atarum vena prima partim a secunda indistincta: tertia in costali circiter aequidistans a praecedente et sequente non manifeste magis proxima quartae: ista cum quinta paralleliter decurrentes usque ad apicem: vena transversa intermedia contra apicem secundae longitudinalis sita: areola basalis interior angulo apicali infero non elongato, sed apice convexo: venae quintae segmentum penultimum ad sunimum duplo brevius praecedente.*

Sp. 1. R. Singenesiae Fabr. Mgn. Macq. Zett. Rndn. Schin.

Urticae Schr. — Juncorum Fall.

Herbarum Desv.

Conf. Descript. Zetterst. V. p. 2158.

*Atarum fasciae tres intermediae, macula apicalis, et costa ad basim nigricantes: fascia interior cum nigredine costali conjuncta: sequentes a costa ad venam longitudinalem sextam descendentes etc.*

Non raro legitur in Italia praesertim boreali et media.

Gen. XI. MIENNIS Desv. Schin. Rndn.

Tephritis Fabr. — Ortalis Macq.

Tripeta Mgn. — Musca Cqbrt.

*Frons non porrecta. — Facies non inclinata.*

*Antennae sat breves, articulo tercio subdisciforme.*

*Arista* nuda. — *Scutellum* quatuorsetosum.

*Alae* vena prima ubique sejuncta a sequente: tertia in costali sat proxima quartae et distante a secunda: quarta in parte exteriori recta: quinta paulo contra praecedentem convergente: transversa intermedia contra apicem sita secundae longitudinalis, et sextuplo fere distans a transversis interioribus quam ab exteriori. *Areola* basalis posterior *angulo apicali infero* satis elongato.

*Sp. 1. M. Octopunctata* Cqbrt

Fasciata *Fatr. Mgn. Desv. Macq. etc.*

V. Diagn. in op. Macquartii, cui adde.

*Frons* antice rufescens postice grisea. — *Antennae* fusco-rufae.

*Atarum* fasciae fusco-ferrugineae, prima anterior in costa cum secunda connexa, et postice ad venam sextam sistens: secunda et tertia usque ad marginem posteriorem descendentes, et in costa sejunctae: costa ante apicem macula parva, et in apice macula lata fasciis concoloribus.

Non lecta hue usque in Italia: specimina mea a cl. Bigot missa Parisiis lecta.

Gen. XII. ORTALIS Fall. *Mgn. etc.*

*Dictia* — *Scatophaga* et *Tephritis* *Fabr.*

*Oscinis p. Latr.* — *Musca Pnz.* — *Ptilonota Lw. p.*

*Frons* non aut parum porrecta. — *Facies* non inclinata.

*Antennae* breves, articulo ultimo sub-ovato vel sub-rotundato, parum aut non longiore praecedente:

*Arista* nuda vel subnuda. — *Scutellum* quatuorsetosum.

*Alae* vena secunda sat producta ultra transversam intermedium: quarta et quinta subparallelis extrinsecus: quintae segmentum penultimum non duplo brevius praecedente.

*Areola* basalis posterior, angulo apicali infero non elongato — *Pedes femoribus* anticis tantum setosis.

*Sp. Italicae.*

a. *Thorax* lateribus et ante scutellum longe setosus, non in parte dorsuali anteriori (*Ortalis auct.*).

b. *Alae* fasciis et maculis obscuris ornatae.

*Pedes* nigricantes.

*Sp. 1. Ruficeps Fabr.*

cc. *Pedes* testacei.

*Sp. 2. Fastuosa Rndn.*

bb. *Alae* fasciis et maculis obscure-fuscis destitutae.

d. *Alae* totae sub-limpidae, neque ad costam dilute nebulosae.

*Sp. 3. Immaculata Rndn.*

dd. *Alae* ad costam obsolete nebulosae.

*Sp. 4. Atripes Lic.*

aa. *Thorax* etiam in parte anteriori dorsuali longe setosus. (*Gen.*

*Ptilonota Lic.*).

*Sp. 5. Centralis Fabr.*

*Sp. 1. O. ruficeps Fabr. Schin. Rndn.*

*Ornata Macq. Rndn.* (non *Mgn.*).

*Caput* cum *antennis rufum*, *maculis duabus fuscis* in *occipite retro oculos*: *vitta seu lineola nigra* in *singula loyea faciali*; *orbitis albidis*, *intus in fronte linea nigra marginatis*.

*Thorax* nigricans *vittis quinque griseis* *dorsualibus*.

*Scutellum* grisescens, lateribus nigris saltem ad basim.

*Abdomen* nigro-nitens *fasciolis duabus vel tribus albicantibus*, *transversis ad basim segmentorum*.

*Alae* sublimpidae *costa dilutissime lutescente*, *ad radicem breviter fusca*: *fascia transversa prope apicem venae primae*; *macula ad apicem venae secundae*, *et margine apicali irregulariter*, *usque ultra venam quintam*, *obscuro fuscis*: *et venis transversis nigricante marginatis*.

Unicum exemplar forte Insubriae alpinae olim a cl. Decristofori mediolanensi obtinui, et postea specimen aliud misit germanicus cl. De Roser, priori simile, ambo mascula.

*Sp. 2. O. Fastuosa Rndn.*

*Gangrenosa?* p. *Mgn.* (non *Fabr.*).

*Pictura* *alarum et colore corporis parum a praecedente dissimilis*,

tamen diversa, non solum statura majore, sed praecipue colore *pedum* rufo, non nigro, et vix tibiis anticis et posticis apici, et tarsorum articulis ultimis fuscis.

Praeterea in speciminibus duobus observatis, *abdominis* segmenta quatuor non minus ad basim albidi fasciatis.

In exemplaribus quorum pedes rufi speciei Meigenianae.

*Gangrenosae* (non *Fabr.* nec *Panz*) forte nostra latitat.

Bis tantum in Pedemontio lecta, una vice a Genéo, et nuper a Prof. Bellardi.

*Sp. 3. O. immaculata Rndn.*

*Nigricans grisei adspersa, fronte in medio, antennis partim, et maculis duabus genarum rufescensibus.*

*Thoracis* dorsum lineis duabus longitudinalibus obscurioribus.

*Abdomen* nigrum nitidum, non fasciatum.

*Alae* sublimpidae, fere decolores, basi paulo lutei tintae, nec fasciis, nec maculis, nec fuscedine nebulosae.

*Pedes* nigricantes, geniculis et coxis anguste luteis.

Raro a me lecta in planicie parmensi primo vere, et minus raro in Pedemontio a Bellardi.

*Sp. 4. O. atripes Lw.*

*Sp* a me non observata, inde ejusdem tantum diagnosim cl. Loewii referto.

“ Atra *fronte antennisque* rufo-ferrugineis: *Thorace* obscure cinereo, nigro-vittato: *Abdominis* vitta maculari intermedia, fasciisque cinereis: *Alae* cinereae, ad marginem anteriorem obsoletissime nebulosae. »

In Sicilia inventa.

*Sp 5. O. centralis Fabr. Mgn. Zett. Schin. Rndn.*

Friesii Fall.

Conf. Descript. Zetterst. V. p. 2156.

Facile a praecedentibus distinguenda, colore *alarum* fusco, maculis, fasciis, vittis, punctisque albidis variegato: pictura variabili, sed semper in fuscedine costali spatia tria, albicantia, obser-

vanda, uno prope basim, secundo post apicem venae longitudinalis primae, tertio post apicem venae secundae: et semper ante apicem alarum fascia irregularis adest, transversa, maculis confluentibus albidis instructa, inter venam tertiam et marginem posteriorem etc.

Non frequenter legitur in Italia superiori, minus rara in Pedemontio et Insubria subalpina.

Gen. XIII. *MEGAGLOSSA Rndn.*

*Platystoma Mgn.* (1803) (1) *Macq.* *Wlk.* etc.

*Trupanea p.* *Schr.* — *Dyctia p.* *Fabr.* — *Musca p.* *Rosst.*

*Hesychquillia?* *Desv.* (2).

*Frons* non porrecta — *Facies* non inclinata. — *Antennae* parvae flexae: *Arista* nuda. — *Os buccula* lata praeditum: *proboscide* sat crassa; *palpis* sphathulatis.

*Scutellum* setis saltem sex instructum.

*Alae* vena secunda longitudinali ultra transversam intermedium distincte producta, et in costa circiter aequidistante a prima et tertia; vel istae magis proxima, fere aequidistante a secunda et quarta.

*Areola* basali interiori apice subconvexo vel subrecto, non concavo, nec angulo infero elongato.

*Calyptra* plus vel minus ampla, saltem squama infera.

*Pedes* parum pilosuli, femoribus anticis breviter et parce setigeris.

*Species Italicae.*

a. *Alae* dilutissime fuscescentes, albo-punctatae et maculis parvis fuscoribus sparsis.

b. *Tibiae* testaceae.

*Sp. 1. Insularum Rndn.*

bb. *Tibiae nigrae.*

*Sp. 2. Corticarum Rndn.*

aa. *Alae* nigricantes, vel fusco-obscurae albidi punctatae.

(1) Klein (Mollusca) 1753.

(2) Notae genericae Desv. impropriae et insufficientes, et vocabulum jam rejectum ab entomologis omnibus.

c. *Metatarsi* magis vel minus late testacei vel lutescentes.

d. *Buccula et facies* rufescentes, maculis nigricantibus.

*Gibbae humerales* et scutelli limbus plus vel minus rufescentes.

*Sp. 3. Umbrarum Fabr. (1).*

dd. *Buccula* nigro-nitida, *Facies* fusco-grisea: *humera et scutelli* limbus non rufescens, neque parum.

e. *Alarum* margo posticus ut alibi albo-punctatus.

f. *Abdominis* segmentum ultimum manifeste longius praecedente.

*Tarsi* omnes late nisi toti testacei.

*Sp. 4. Tegularia Lw.*

ff. *Abdominis* segmenta duo ultima longitudine subaequalia.

*Tarsi* nigricantes, anguste ad basim testacei.

*Sp. 5. Gemmationis Rndn.*

ee. *Alarum* margo posticus fuscescens sed non albidi punctatus.

*Sp. 6. Plantationis Rndn.*

cc. *Tarsi* toti nigri.

g. *Abdominis* segmenta duo ultima subaeque longa.

*Sp. 7. Vegetationis Rndn.*

gg. *Abdominis* segmentum ultimum longissimum, praecedentia conjunctim aequans vel superans.

*Sp. 8. Seminationis Fabr.*

*Sp. 1. M. Insularum Rndn.*

♂. Mares omnes congenerum ab hoc statim distinguendi colore nigro vel nigricante vel fusco-obscuro tibiarum, non determinate testaceo.

Specimen observatum, grisei adspersum, et punctulatum ut in aliis, et nigricans.

*Antennae* basi rufescentes, articulo ultimo extrinsecus nigricante.

*Palpi* intus subtestacei apice fusco-obscuro — Genae rufescentes —

*Fovea* facialis griseo-fusca — *Buccula* nigra grisei adspersa.

*Calyptorum* squama infera sat lata.

(1) *Sp. 9. Subtilis Lw.* (a me non observata).

*Alae* dilutissimae fuscescentes, ubique albidi punctatae, et maculis parvis fuscioribus sparsis notatae, quarum plures in costa, et una in vena quinta longitudinali extra transversam majorem; et alia in transversa intermedia, alia sub conjunctionem tertiae cum quarta, parva sed distincta etc.

*Pedes* femoribus nigricantibus, subtus albidi pilosulis, tibiis, coxis, et tarsis testaceis, tibiarum et tarsorum apice saturatiore.

*Abdominis* segmentum ultimum distincte longius praecedente.

Marem unicum observavi Collect. Bellardi in Sardinia lectum.

*Sp. 2. M. Corticarum Rndn.*

♂. Habitu, colore corporis, et fuscedine pari modo dilutissima alarum, similis Insularum sed tamen sat diversa, et colore nigricante tibiarum statim dignoscenda.

Praeterea: *Palpi* saltem extrinsecus rufi, non apice obscure fusco.

*Buccula* rufescens vel fusco-rufa nigro-trimaculata, non tota nigricans; et *abdominis* segmentum ultimum praecedenti sub-aeque longum, non sat longius etc.

*Alae* paulo diverse punctulatae, sed differentiae aegre describendae.

Rarissimo a me lecta in Apennino parmensi.

*Sp. 3. M. Tegularia Lw. Schin. Rndn.*

*Tarsorum* omnium colore toto testaceo, quamvis apici saturatiore, facile distinguenda a sequentibus, et similis duabus praecedentibus: differentiae non-nullae tamen adsunt quibus ab illis vel istis etiam diversa videtur, scilicet.

*Antennae* rufae apice paulo aut vix obscuro — *Palpi* fusci —

*Buccula* nigro-nitida — *Alae* obscure-fuscae, ubique etiam in margine posteriori albidi punctata: puncto albo sub-apicali inter venas longitudinales quartam et quintam a costali remoto, non ipsae contiguo.

*Calyptorum* squamae inferae valde-latiores superis.

*Abdominis* segmentum ultimum sat longius praecedente.

*Pedes* nigri geniculis anguste rufescentibus, praeter tarsos.

Raro in tota Italia legitur. In montuosis agri parmensis bis tantum a me lecta.

*Sp. 4. M. Unibrarum Fabr. Mgn. Macq. etc.*

*Fulviventris? Seminationis? Schr.*

*Lugubris Desv.* (teste Macquart).

A congeneribus p̄ae ceteris distinguenda, *protuberantib⁹ humeralibus*, et limbo scutelli plus vel minus rufescentibus.

Praeterea, *Buccula rufescens obscure-fusco-tripunctata*: cavum faciale paulo rufum maculis duabus nigricantibus.

*Atae* obscure fuscae, ubique etiam in margine posteriori albidi punctatae; puncto albo apicali inter venas longitudinales quartam et quintam costali contiguo.

*Calyptorum* squama infera lata, sed non amplissima ut in *Tegularia*. — *Abdominis* segmentum ultimum praecedente duplo circiter longius.

*Pedes* nigri, tarsis basi plus vel minus late testaceis.

Vulgaris in tota Italia.

*Sp. 5. M. Gemmationis Rndn.*

Similis Tegulariae sed certe diversa, et distincta p̄ae ceteris, colore *tarsorum* nigricante, vix metatarsis ad basim et non raro sat anguste testaceis: *Abdominis* segmento ultimo non aut vix longiore praecedente — *Calyptorum* squamis inferis latis sed non amplissimis etc.

Color corporis et pictura alarum circiter ut in *tegularia*.

Raro lecta in Italia superiori et media. Parmae rarissima.

*Sp. 6. M. Plantationis Rndn.*

♂. Similis habitu et statura sp. *Gemmationis*; ut in eadem *Bucculam* nigro-nitidam, *forem facialem* nigricantem, *abdominis* segmentum ultimum circiter longitudine praecedentis, tarsos nigricantes vix ad basim anguste rufescentes praebet; sed pictura alarum ab illa et ab aliis congeneribus distincta, nam istius alae marginem posteriorem fuscum, et fasciam obliquam nigricantem, latiusculam, extra medium, a costa usque ad venam longitudinalem sextam, descendenter unicolorēs praebent, seu punctis albidis nullis: fascia nigricans impunctata circa venam transversam intermedium transiens.

Marem unicum inveni in Apennino parmensi.

*Sp. 7. Vegetationis Rndn.*

Habitu, statura, colore corporis, pictura alarum etc similis sp.

*Seminationis* Fabr. et a praecedentibus omnibus distincta tarsis totis etiam basi nigris.

A specie Fabriciana dignoscitur saltem longitudine segmenti ultimi *abdominis* non aut parum majore praecedentis, non longissimi ut in *seminationis*.

Differentiae picturae alarum aegre observandae et describendae.

Raro lecta in Italia boreali una vice a me ipso in Apennino-parmensi, et aliquando a Bellardi et Gariglietti in Pedemontio, et a Tacchetti in Insubria subalpina.

*Sp. 8. M. Seminationis Fabr.; Mgn. Macq. etc.*

Colore *tarsorum* toto etiam basi nigro, ut spec. praecedens facile distinguenda ab aliis congeneribus, sed a *vegetationis* aegre dignota nisi *abdominis* segmentum ultimum observando, in Fabriciana longissimum, praesertim in mare, longitudine anteriora simul sumpta aequans nisi superans, non ut in alia sp. circiter longitudine tertii.

Raro legitur in Italia boreali praesertim alpina.

*Sp. 9. M. Subtilis Lw.*

*Sp.* a me non observata, a cl. Loewio sic distincta.

« A sp. *Umbrarum* cui proxima, *fronte* pilis longioribus vestita, *thorace* minus convexo, *alarumque* maculis minoribus distinguatur. »

In Sicilia inventa.

---

# ORTALOIDORUM

## GENERUM ET SPECIERUM INDEX

- ANACAMPTA *Lic.* V. CEROXYS.  
CARATOXYS *Rndn.* V. Idem.  
CEROXYS *Macq.* . . . . Pag. 20  
1 — hortulana *Rossi*.  
— *hyalinata* *Pnz.* V. hortulana.  
— *marmoréa* *Fabr.* V. hortulana.  
2 — pomariana *Rndn*.  
3 — urticae *Lin.*  
DORICERA *Mgn.* . . . . » 14  
1 — *Graminum* *Fabr.*  
HERINA *Desv.* . . . . » 22  
1 — *afficta* *Mgn.*  
2 — *bifasciata* *Lw.*  
3 — *cerasi* *Lin.*  
4 — *germinationis* *Rossi*.  
5 — *Ghilianii* *Rndn*.  
6 — *helvipes* *Rndn*.  
— *hilaris* *Rndn*. V. *bifasciata*.  
— *longicornis* *Macq.* V. *palustris*.  
— *lugens* *Mgn.* V. *afficta*  
7 — *maerens* *Mgn.*  
— *nigrina* *Mgn.* V. *germinatio-*  
— *nis*.  
8 — *oscillans* *Mgn.*  
9 — *paludum* *Fall.*  
10 — *palustris* *Mgn.*  
11 — *pusilla* *Rndn*.  
LIGNODES[A] *Rndn.* . . . . » 10  
1 — *Bellardii* *Rndn*.  
2 — *fumipennis* *Zett.*  
3 — *fuscipennis* *Mgn.*  
MACHEIROCERA *Rndn.* . . . . » 13  
1 — *grandis* *Rndn..*  
MEGAGLOSSA *Rndn.*  
1 — *corticarum* *Rndn.*  
2 — *insularum* *Rndn.*  
3 — *gummationis* *Iindr.*  
4 — *plantationis* *Rndn.*  
5 — *seminationis* *Fab.*  
6 — *subtilis* *Lw.*  
7 — *regularia* *Lw.*

- 8 — *umbrarum* *Fabr.*  
9 — *vegetationis* *Rndn.*  
MEKELIA *Desv.* V. CEROXYS.  
MELIERIA *Desv.* . . . . Pag. 17  
1 — *cana* *Lw.*  
2 — *crassipennis* *Fabr.*  
3 — *etrusca* *Rndn.*  
— *gangrenosa* *Desv.* V. *crassi-*  
— *pennis*.  
4 — *parmensis* *Rndn.*  
5 — *subapennina* *Rndn.*  
MYENNIS *Desv.* . . . . » 28  
1 — *octopunctata* *Cqbrt.*  
NEUROCTENA *Rndn.* . . . . » 9  
1 — *anilis* *Fall.*  
ORTALIS *Fall.* . . . . » 29  
1 — *atricipes* *Lw.*  
2 — *centralis* *Fabr.*  
3 — *fastuosa* *Rndn.*  
— *Friesii* *Fall.* V. *centralis*.  
— *gangrenosa* *prt.* *Mgn.* V. *fas-*  
— *tuosa*.  
4 — *immaculata* *Rndn.*  
— *ornata* *Macq.* V. *ruficeps*  
5 — *ruficeps* *Fabr.*  
OTITES *Latr.* . . . . » 12  
1 — *bucefala* *Mgn.*  
PLATISTOMA *Mgn.* V. MEGAGLOSSA.  
PTEROPECTRIA *Lw.* V. HERINA.  
PTILONOTA *Lw.* V. ORTALIS.  
RIVELLIA *Desv.* . . . . » 28  
1 — *singenesiae* *Fabr.*  
TEPHRONOTA *Lw.* V. HERINA.  
TERELLIOSOMA *Rndn.* V. TETANOPS.  
TETANOPS *Fall.* . . . . » 15  
1 — *Contarinii* *Rndn*  
2 — *impunctatus* *Lw.*  
— *heryngii* *Macq.* V. *impunctatus*.  
3 — *myopina* *Fall*  
THRYOPHILA *Lw.* V. HERINA.



# ORTALIDINAE ITALICAE

COLLECTAE, DISTINCTAE ET IN ORDINEM DISPOSITAE

A

Prof. CAMILLO RONDANI



## DIPTEROLOGIAE ITALICAE

Prodromi

Pars VII — Fasc. 4.



### Linea B. TEPHRITOIDI.

*Alarum* vena prima longitudinalis apice late interrupta, vel in callositate diffusa. — Ocelli adsunt — Frons etiam in parte anteriori, non in vertice tantum setigera — Scutellum vel setis quatuor instructum, vel si duabus, ad latera non ad apicem orientibus.

Genera methodo systematica disposita.

A. *Alae areola basali* posteriori apice convexo vel subrecto, non concavo, nec sat sinuoso, et angulo infero non neque parum producto.

B. *Epistomium* sat porrectum — *Vena quinta* longitudinalis sursum flexa, et contra quartam distincte convergens.

Gen. I. MYOPITES. *Brebisson.*

*Sp. typ. M. Blotii. Brbssn.*

BB. *Epistomium* non porrectum — *Vena quinta* nec sursum flexa, nec contra quartam convergens.

C. *Antennae* subcontiguae, in facie carina nulla elevata interposita  
— *Epistomii* latera non descendantia.

Gen. II. UROPHORA. *Desv.*

*Sp. typ.* *Musca solstitialis. Lin.*

CC. *Antennae* in facie sejunctae a carina elevata interposita. *Epi-*  
*stomii* latera manifeste descendantia.

Gen. III. GONIGLOSSUM. *Rndn.*

*Sp. typ.* *Tripeta Wiedmanni. Mgn.*

AA. *Areola basalis* interior apice concavo vel distincte sinuoso, et  
angulo infero plus vel minus producto.

D. *Venae quintae* longitudinalis segmentum penultimum aequale  
nisi longius praecedente, et si aliquando subaequale, seu vix bre-  
vius, tunc vena quarta setulosa.

E. *Antennae* apice mucrone brevi, sed distincto praeditae.

F. *Vena quarta* longitudinalis nuda: *quintae* segmentum penulti-  
mum aequale praecedenti.

Gen. IV. CARPOMYIA. *Rndn.*

*Sp. typ.* *Tripeta signata. Mgn.*

FF. *Vena quarta* sparsim setulosa: *quintae* segmentum penultimum  
distincte longius praecedente.

Gen. V. ZONOSEMA. *Lw.*

*Sp. typ.* *Tephritis alternata. Fall.*

EE. *Antennae* apice mutico, non manifeste mucronulato.

G. *Venae quintae* segmentum penultimum sat longius praecedente.

*Genae*, saltem in uno sexu, macrochetis armatae.

Gen. VI. CHETOSTOMA. *Rndn.*

*Sp. typ.* *C. curvinervis. Rndn.*

GG. *Venae quintae* segmentum penultimum non aut vix longius  
praecedente — *Genae* in utroque sexu inermes.

H. *Antennae* basi subcontiguae.

*Frons* in utroque sexu forma ordinaria.

I. *Vena prima* longitudinalis recta et ubique parallela secundae.

*Caput maris appendicibus halteriformibus destitutum, ut faeminae.*

Gen. VII. PHORELLIA. *Desv.*

*Sp. typ. Tephritis artemisiae. Fall.*

II. *Vena prima sursum incurva, inde non parallela secundae.*

*Caput maris appendicibus halteriformibus ornatum.*

Gen. VIII. PETALOPHORA. *Macq.*

*Sp. typ. Ceratitis hispanica. Breme.*

HIII. *Antennae basi remotae in utroque sexu.*

*Frons maris antice bicornuta, cornubus ramosis.*

Gen. IX. STEMONOCERA. *Milt.*

*Sp. typ. Musca cornuta Scopoli. (non Fall.)*

DD. *Venae quintae segmentum penultimum distincte brevius praecedente, nisi brevissimum, si raro sub-aequale, seu vix brevius, tunc vena quarta non setulosa.*

K. *Epistomii latera superne hirtula, vel piligera, vel setulosa: si raro subnuda, tunc vena quarta non ciliata, et simul venae quintae segmentum penultimum distincte longius medietate praecedentis.*

L. *Antennae basi remotae in utroque sexu: articulo secundo in mare cornuto, in faemina tuberculo setuloso antice praedito.*

Gen. X. CERIOCERA. *Rndn. (Cerajocera Prodr.)*

*Sp. typ. Tephritis cornuta. Fall.*

LL. *Antennae basi subcontiguae: articulo secundo in utroque sexu forma ordinaria.*

Gen. XI. TRIPETA. *Mgn.*

*Sp. typ. Musca arctii. De G..*

KK. *Epistomii latera superne nuda, et simul, aut vena quarta setulosa, aut quintae segmentum penultimum duplo nisi ultra brevius praecedente.*

M. *Proboscis bicubitata, seu apice distincte elongato et retro flexo, etiamsi aliquando crassiusculo.*

*Venae quintae segmentum ultimum manifeste brevius duobus praecedentibus conjunctim.*

N. *Vena transversa intermedia* contra, non extra apicem secundae longitudinalis sita; et *quintae* segmentum penultimum duplo citer brevius praecedente, non ultra.

Gen. XII. ENSINA. Desv.

*Sp. typ.* Musca sonchi. Lin.

NN. *Vena transversa intermedia* extra apicem sita secundae longitudinalis, et *quintae* segmentum penultimum brevius medietate praecedentis.

Gen. XIII. OXYNA. Desr.

*Sp. typ.* Tephritis punctella. Fall.

MM. *Proboscis* non bicubitata: si raro apice breviter geniculato, tunc *venae quintae* segmentum ultimum non manifeste brevius, nisi longius praecedentibus duobus conjunctim.

O. *Corpus* pallide pubescens, vel saltem *abdominis* segmenta postice pilis, vel setulis pallidis ciliata.

P. *Vena transversa* exterior cum longitudinali sexta angulum interiore efficiens sub-acutum.

*Femora* etiam quatuor posteriora inferne setigera etc.

Gen. XIV. OPLOCHETA. Rndn.

*Sp. typ.* Musca reticulata. Schr.

PP. *Vena transversa* exterior cum longitudinali sexta angulum interiore sub-apertum, vel rectum efficiens.

*Femora* antica tantum inferne setosa.

Q. *Vena longitudinalis quarta* ciliata.

Gen. XV. XYPHOSIA. Desv.

*Sp. typ.* Musca miliaria. Schr.

QQ. *Vena quarta* longitudinalis nuda.

R. *Scutellum* quatuor-setosum.

Gen. XVI. TEPRITIS. Latr.

*Sp. typ.* Musca leontodontis. De G.

RR. *Scutellum* setis duabus tantum lateralibus instructum.

Gen. XVII. DYTRICHA. Rndn.

*Sp. typ.* Tripeta terminata. Mgn.

OO. *Corpus* subnudum, vel breviter tantum tomentosum, et num-  
quam segmenta *abdominis* postice pallide ciliata, sed nuda vel  
nigro-setulosa.

S. *Facies* distincte inclinata ab antennis ad os.

Gen. XVIII. PLATIPAREA. *Lw.*

*Sp. typ.* Dictia discoidea. *Fabr.*

SS. *Facies* non inclinata.

T. *Vena transversa* exterior valde longa et obliqua.

*Quartae* segmentum ultimum triplo, et ultra longius praecedente.

Gen. XIX. PHAGOCARPUS. *Mih.*

*Sp. typ.* Musca permundus. *Harris.*

TT. *Vena transversa* exterior nec sat longa, nec sat obliqua.

*Quartae* segmentum ultimum, neque duplo longius praecedente.

N. *Arista* omnino nuda.

*Venae quintae* segmentum penultimum brevius medietate praecedentis.

V. *Scutellum* setis duabus tantum lateralibus.

Gen. XX. ACYURA. *Desv.*

*Sp. typ.* Musca coryli. *Rossi.*

VV. *Scutellum* quatuor-setosum.

X. *Vena quarta* nuda: transversa intermedia contra apicem sita  
secundae longitudinalis.

XXI. AEDASPI. *Lw.*

*Sp. typ.* AE. multifasciata. *Lw.*

XX *Vena quarta* setulosa: transversa intermedia extra apicem  
sita secundae longitudinalis.

Gen. XXII. PHILOPHYLLA. *Mih.*

*Sp. typ.* Musca caesio. *Harris.*

UU. *Arista* pubescens vel pilosa.

*Venae quintae* segmentum penultimum longius, vel non brevius  
medietate praecedentis.

Z. *Arista* pubescens.

*Vena quarta* setulis sparsis late ciliata.

Gen. XXIII. ACYDIA. Desv.

*Sp. typ.* Tripeta cognata. Mgn.

ZZ. *Arista pilosa*.

*Vena quarta* vix prope basim setulis paucis praedita.

Gen. XXIV. MOSINA. Desv.

*Sp. typ.* Dictia connexa. Fabr.

~~~~~

Gen. I. MYOPITES Brebisson. (1826). Rndn., Lw., Schin.

Styilia Desv. — Tripeta De R., Lw., Frnstd.

Ensina p. Macq. — Stomoxis p. Fabr., Coqbrt.

*Proboscis* valde elongata, exilis et geniculata, extra epistomium cubitata — *Caput* depresso; epistomio sat porrecto, lateribus inferne non descendantibus: facie non in medio carinata — *Antennae* mediocres, basi subcontiguae; arista nuda.

*Scutellum* quatuor setosum.

*Aliae* spinula costae indistincta: vena secunda longitudinalis contra non ante transversam intermedium costali conjuncta: quarta non setulosa; quintae segmento ultimo sursum flexo, et contra venam quartam convergente, segmento penultimo longiore praecedente: areola basali posteriori apice non concavo, et angulo infero non neque parum producto.

Specierum distinctio.

a. *Areola stigmatica* in parte apicali tantum obscure fusca.

*Antennae* totae etiam apice fulvae.

b. *Scutellum* superne totum fulvum

*Abdomen* maris haud late nigro-marginatum: foeminae terebra rufa ad basim, nigra ad apicem.

*Sp. 1. Stylata.* Fabr.

bb. *Scutellum* lateribus et basi plus, vel minus late nigris.

*Abdomen* maris late nigro-marginatum: foeminae terebra tota etiam basi nigra.

*Sp. 2. Blotii.* Brbss.

aa. *Areola stigmatica* tota obscure fusca, vel fere tota.

*Antennae* rufac, apice plus vel minus, sed semper obscuro, vel nigricante.

*Sp. 3. Inulae. De R.*

---

*Sp. 1. M. stylata* *Fabr., Coqrt.*

*limbardae Schin.*

*Corpus* rufescens, metathorace anguste nigricante, et abdome ad latera nigro-punctato.

*Antennae* totae rufae — *Thoracis* dorsum totum fulvo-tomentosum etiam postice — *Scutellum* superne omnino rufum, etiam ad latera.

*Abdominis* dorsum, praesertim in foemina parce et anguste nigro, vel fusco-punctatum: terebra abdome paulo brevior, rufa ad basim, plus vel minus late nigricans ad apicem.

*Alae* areola stigmatica in parte apicali tantum obscure fusca: fasciis et vittis transversis varie elongatis, et latis quinque, punctisque duobus fuscis: fascia interior ab apice venae secundae oriens descendit, venulam transversam intermedium includens: duae sequentes costae innixae, irregulares, in disco dilatatae et subconfluentes: fasciola venam transversam exteriorem cingens usque ad marginem posteriorem producta, non ab eodem paulo remota: fasciola apicalis maculiformis ultra venam quintam postice extensa: puncti fusi circa radicem siti venae tertiae longitudinalis.

*Pedcs* rufescentes, articulo ultimo tantum tarsorum fusco.

In agro lucensi raro lect. a cl. Haliday in Inulis.

---

*Sp. 2. M. Blotii Brbssn. Macq., Rndn., Frstd.*

*mculata et mentarum Desv.*

*girostris Lw. — Frauenfeldti Schin.*

*Thoracis* dorsum lutei, non fulvi tomentosum et in parte anteriori tantum: p stice, lateribus et metathorace nigris.

*Scutellum* basi et lateribus plus, vel minus nigricantibus, non superne totum rufum.

*Antennae*, ut in *stylata*, totae rufae etiam apice.

*Alae* arcuata stigmatica ut in praecedente, apice tantum fusca.

*Abdomen* late nigro-marginatum, et saepius dorso nigro-punctato aut maculato, maculis non raro latis et confluentibus, aliquando latissimis, et dorsum fere totum occupantibus — *Terebra foeminae*, ut in *stylata*, abdomine paulo brevior, sed tota etiam basi nigra.

*Alae* fasciis fuscis angustioribus, intermediis non confluentibus, sed semper sejunctis: apicali maculiformi ultra venam quintam non descendente: fasciola circa venam transversam exteriorem postice paulo abbreviata et margini non producta, et antice non raro cum praecedente subconnexa.

*Pedes* in pluribus toti rufescentes, tamen aliquando femoribus paulo nigricantibus, vel fusco-maculatis. (*S. maculata?* *Desv.*)

Frequenter in Etruria, et in Sicilia lecta a cl. Haliday, praesertim in *Inulis critmoide* et *germanica*.

---

*Sp. 3. M. inulae De R., Lw., Schin.*

Similis praecedentibus sed sat distincta, praesertim:

1º *Alarum* areola stigmatica sat late, nisi tota obscure fusca.

2º *Antennis* apice plus vel minus nigricante, non totae rufae.

3º *Terebra foeminae* abdomine paulo longiore, et tota nigra.

Caeteri characteres circiter ut in *Blotii*, inde notis iisdem a *stylata* Fabricii dignoscenda.

In Italia huc usque non lecta: specimina collect. meae germanica a cl. De Roser missa.

Habitat in *Inulis ensifolia*, *hybrida*, et aliis.

---

Gen. II. UROPHORA *Desv.*, *Macq.*, *Rndn.*, *Lw.*, *Schin.*

*Tephritis* *Latr.*, *Fabr.*, *Fall.*, *Zett.* — *Dacus p.* *Fabr.*

— *Tripeta* *Mgn.*, *Lw.* — *Musca* *Lin.*, *Fab.*, *Rossi*.

*Proboscis* modice longa et exilis, sed apice cubitato et retro flexo. *Frons* non compressa — *Epistomium* nec antice porrectum, nec lateribus inferne productis.

*Antennae* mediocres, basi sub-contiguae, carina nulla elevata facie interposita: arista subnuda.

*Scutellum* quatuor setosum — *Abdomen* subnudum, terebra feminae longa, vel longissima.

*Alae* vena transversa intermedia contra apicem sita secundae longitudinalis; tertia subrecta: quarta non setulosa: quintae segmentum penultimum longius medietate praecedentis, nisi subaequale, vel longius: areola basali interiori apice convexo vel subrecto, non concavo, nec angulo infero, neque parum produceto etc.

Specierum distinctio.

a. *Alae* non nigricante nec fusco fasciatae, nec plurimaculatae.

*Sp. 1. Unimaculata. De R. (1)*

aa. *Alae* fasciis transversis nigricantibus, vel fuscis, aliqua interdum interrupta, raro omnibus.

b. *Alarum* fasciae tres tantum vel integrae, vel aliqua interrupta aut abbreviata, vel raro omnes in vittas aut maculas divisae.

c. *Fasciae alarum* in maculas sex divisae, seu tribus costalibus, una apicali, duabus circa venas transversas maiores.

*Sp. 2. Vulcanica Miki.*

cc. *Fasciae* alarum vel omnes integrae, vel una tantum interrupta.

d. *Fasciae* duae exteriores in margine distinctae et remotae.

*Sp. 3. Affinis Frfld.*

dd. *Fasciae* duae exteriores late, vel anguste, sed semper in margine conjunctae.

---

(1) Huic sectioni fasciis obscuris alarum nullis, species duae europeae pertinent, in Italia hac usque non lectae, sed forte legendae: etiam *unimaculata* nondum apud nos capta, sed hic posita, ut typica sectionis propriae, et sic a duabus affinibus distinguenda.

a. *Pedes cum femoribus toti lutescentes.*

b. *Alae* apice infuscato: venae quintae segmentum penultimum paulo longius praecedente — *Unimaculata De R. (Germania).*

bb. *Alae* apice non infuscato: venae quintae segmentum penultimum paulo brevius praecedente — *Maura Frfld. (Germania).*

cc. *Femora nigricantia — Spoliata Hld. (Anglia).*

e. *Fascia* interior postice distincte abbreviata, aut late interrupta.

*Sp. 4. Stylata Fabr.*

ee. *Fascia* interior margine posteriore producta et non interrupta.

*Sp. 5. Venabulata Mihi.*

bb. *Alarum fasciae* quatuor, saltem duabus apicalibus in margine antice conjunctis.

f. *Pedes* toti lutescentes vel femoribus aliquibus nigricanter vittatis.

g. *Venae longitudinales* quarta et quinta extrinsecus parallelae, vel sensim et vix convergentes, quarta sub apicem tertiae non manifeste flexa — *Terebra foeminae hirtula*.

h. *Fascia secunda* alarum antice magis distans a prima, quam a tertia; ista et praecedens ambae sat exiliores spatio decolore interposito.

*Sp. 6. Solstitialis Lin. (non Mgn.)*

hh. *Fascia secunda* alarum sub aequo distans a prima et a tertia: ista et secunda non aut vix angustiores spatio decolore interposito.

i. *Fasciae secunda et tertia* etiam in costa sejunctae, spatio decolore interposito.

k. *Fasciae secunda et tertia* in margine posteriore non confluentes, nec sub-confluentes.

*Terebra foeminae* circiter longitudine abdominis.

*Sp. 7. Jaculata. Mihi.*

kk. *Fasciae* duae intermediae in margine posteriore confluentes, vel sub-confluentes — *Terebra foeminae* valde longior ab domine.

*Sp. 8. Sibynata Mihi.*

ii. *Fasciae* alarum secunda et tertia in costa fuscedine plus, vel minus obscura conjunctae — *Terebra foeminae longissima*

*Sp. 9. Veruata Mihi.*

gg. *Vena quarta* longitudinalis sub apicem tertiae manifeste flexa, et contra quintam apice convergens.

*Terebra foeminae glabra.*

*Sp. 10. Lejura Mihi.*

ff. *Femora omnia late nigricantia.*

l. *Scutellum flavum, vix basi vitta parva nigricante ad unumquodque latus.*

m. *Fasciae duae basales macula, vel puncto lutescente in costa sejunctae.*

*Sp. 11. Centaureae Desv.*

mm. *Fasciae duae basales in costa late connexae, ut duae apicales.*

n. *Fasciae duae intermediae in margine posteriore connexae.*

*Sp. 12. Cardui Lin.*

nn. *Fasciae duae intermediae nbique sejunctae et remotae.*

*Sp. 13. Quadrifasciata Mgn.*

ll. *Scutellum nigrum, gutta tantum pallida apicali.*

*Sp. 14. Scutellata Mihi.*

(Nota) Sectioni femoribus nigris, spectant species duae europeae nondum in Italia inventae, scilicet *aprica* Fall. et *terebrans* Lw. proximae *centaureae* Desv., sed prima distincta statura sat minore, et terebra foeminae sat breviore: secunda fasciis alarum remotoribus etc. species istae a me non observatae.

---

*Sp. 1. U. unimaculata De R. (1834).*

*Stigma Lw., Zett., Schin.*

Brevi diagnosi sic a cl. Roserio distincta.

« Nigra nitida, linea laterali thoracis, scutello pedibusque flavis:

Aliis basi flavidis, puncto fusco in medio marginis anterioris. »

Cui tamen addenda, ut ab afflinibus distincta sit:

*Alae ad apicem plus, vel minus infuscatae,*

*Venae quintae segmentum penultimum longius praecedente.*

Nondum lecta in Italia: specimen coll. meae germanicum a cl.

De Roser olim missum,

---

*Sp. 2. U. vulcanica Mihi.*

*Maris, caput cum antennis, linea lateralis thoracis, scutellum, et*

pedes flavida, alibi nigra, tamen dorso thoracis paulo grisecente:  
ab omnibus vero statim dignoscenda.

*Alarum* fasciis fuscis tribus in maculas divisis, et colore subferrugineo, non nigricante: fascia prima, seu interior in costa segmentum stigmaticum fere totum occupans, inter venas longitudinales tertiam et quartam interrupta, parte posteriore venulam transversam intermedium cingente, et sub ipsam sistens, seu non producta usque ad marginem posteriorem: fascia secunda seu intermedia, in costa decurrentis usque ad apicem venae tertiae, et interrupta inter venas quartam et quintam, parte posteriori venam transversam exteriorem includente; fascia apicalis inter venas tertiam et quartam interrupta: venae longitudinales quarta et quinta extrinsecus parallelae: quintae segmentum penultimum distincte sed non duplo brevius praecedente etc.

Semel mas captus a cl. Haliday prope Vesuvium.

---

*Sp. 3. U. affinis Fabr., Mgn., Lw., Schin.*

Color corporis et pedum ut in praecedente, sed alarum pictura sat diversa.

*Alae* fasciis tribus angustis, transversis, fusco-nigricantibus, non ferruginosis: prima, seu interiore, saepe interrupta, et aliquando bis interrupta, et postice saepius abbreviata: areola stigmatica vix ad apicem nigricante: fascia intermedia integra, et sejuncta in costa, non in apice, a sequente.

*Terebra foeminae* ab domine sub-aequalis.

Rarissimo a me lecta in collibus apennini parmensis.

---

*Sp. 4. U. stylata Fabr., Mgn., Macq., Lw., Schin., Zett.*

*Jacobeae Pnz.* — *Cirsii Schr.* —

*solstitialis Desv.*

Conf. Descript. Zetterst. VI, p. 2202.

Similis *affini* praecedenti. a qua praecipue diversa fasciis duabus apicalibus in costa plus, minusve late, sed semper conjunctis, et *terebra* longiore.

*Fascia* interior paulo, aut satis postice abbreviata, et non raro etiam interrupta.

*Terebra* foeminae abdomen distincte longior.

Non frequens in Italia boreali et media.

---

*Sp. 5. U. venabulata Mihi.*

*Cardui Desv.* (non *Fabr.*)

Similis fere in omnibus *stylatae* *Fabr.* a qua tamen diversa videatur, praecipue fascia alarum interiori semper (1) *integra*, et marginem posteriorem attingente.

Statura paulo minor: *terebra aliquantulum brevior* etc.

Frequens in tota Italia ctiam insulari.

---

*Sp. U. solstitialis Lin., Fall., Lw., Zett., Rndn., Schin.*

*pugionata Mgn., Macq.* — *leucacanti Schr.* —

*dauci et hastata Fabr.*

Corporis et pedum colore, statura, et habitu similis duabus praecedentibus, a quibus tamen statim dignoscitur *fasciis quatuor* nigricantibus alarum, non tribus: et a sequentibus etiam distincta praecipue fasciis duabus basalibus alarum sat remotis etiam in costa: secunda et tertia quoque distantibus, et spatio decolore interposito sat exiliорibus: tertia et quarta antice connexis: tribus primis subrectis etc.

*Venae longitudinales* quarta et quinta extrinsecus subparallelae, seu quarta non maifeste incurvata contra quintam convergendo.

*Terebra* foeminae hirtula, longitudinem unam et dimidium abdominis circiter aequans.

*Femora* antica saepe extrinsecus fusco-vittata.

Non frequenter lecta in tota Italia.

---

(1) In exemplaribus plurimis a me observatis, collection. Bellardi, Haliday, et meac.

*Sp. 7. U. jaculata Mihi.*

Praecedenti similis, sed sat minor, et fasciis alarum latioribus: duabus primis parum remotis, et praecipue foemina distinguenda brevitate oviducti abdomine subaequalis non sat longioris.

In speciminibus quinque a me observatis *femora antica* haud nigricante-vittata; venae quarta et quinta extra parallelae.

*Alarum* fasciae intermediae regulares non angulosae, nec sat excavatae; spatio decolore iisdem interposito non sat latiore, et etiam in costa extenso et in margine posteriore, seu fasciis ubique remotis.

*Terebra foeminae hirtula.*

Raro a me lecta in agri parmensis collibus, et a cl. Haliday in provinciis australioris Italiae.

---

*Sp. 8. U. sibynata Mihi.*

Iterum similis *solstitiali* et afflinibus, sed distincta.

*Fascis alarum* latioribus, duabus primis parum remotis; secunda et tertia latioribus vel sub-aequalibus spatio decolore interposito, sed isto postice sat angustato, fasciis in margine posteriore, vel confluentibus, vel approximatis, antice vero sajunctis et remotis. *Venae* longitudinales quarta et quinta extrinsecus perfaecte parallelae.

*Femora*, saltem antica, saepius nigro-vittata.

*Terebra foeminae hirtula*, valde longior abdomine.

*Fasciae alarum* utriusque sexus subregulares, non angulosae.

Marem et foeminam legi in collibus sub-appenninis ditionis parmensis, et mas in Pedemontio inventus a Prof. Bellardi.

---

*Sp. 9. U. veruata Mihi.*

Similis pluribus notis praecedenti et aliis proximis, sed pictura praesertim alarum facile dignoscenda; nam in hac spatium decoris fasciis intermediis limitatum usque ad costam non extensem, sed ibi fasciae secunda et tertia, fuscedine plus, vel minus obscura subconnexae, circiter ut prima secundae.

Praeterea *fasciae intermediae* parum regulares, et ubi magis, ubi minus latiores spatio decolore interposito, postice tamen non confluentes, nec sat approximatae.

*Venae longitudinales* quarta et quinta parum et sensim convergentes, non quarta distincte flexa sub apicem tertiae.

*Femina*, in duobus exemplaribus nostris, pedum anticorum et posteriorum extra nigricante-vittata, non intermediorum.

*Terebra* breviter hirtula, et circiter abdomine bilongior.

Bis foeminam in Apennino parmensi legi.

---

*Sp. 10. U. lejura Mih.*

*cuspidata?* *Mg.* — *macrura?* *Lw.*

A praecedentibus quibus partim similis distincta:

Fasciis alarum sat irregularibus, secunda angulosa et cubitata: duabus intermediis spatio interposito angustioribus, toto etiam in costa et margine postico decolore: duabus primis in costa macula sublutea sejunctis.

*Vena quarta* longitudinali sub apicem tertiae flexa, et contra quintam convergens — *Femora* antica vel etiam postica nigro-vittata.

*Terebra* faeminae omnino glabra, abdomine duplo circiter longior.

Raro lecta in Apenninis montuosis ditionis parmensis, et foeminam sardoam a clar. Spinola accepi.

(Nota). In synonymis *Lejuræ dubitanter cuspidatam* Meigenii posui quamvis notis pluribus a nostra diversa, quia characterem præbet terebrae nuda, quo a congeneribus distincta, et *Lejuræ* similis; ut appareat in Fig. 5. Tab. 49, comparata Fig. 3, operis Meigenii.

Pari modo *Macrura* Loewii non certe in synonymia *Lejuræ* locanda, quia cl. Auctor in descriptione de nuditate oviducti non loquitur, nec de curvatura venae quartæ longitudinalis, quae ultima nota, neque in figura alae operis majoris observanda, in qua pars extrema venae quartæ a nigredine tecta: adde etiam, in diagnosi

fascias duas primas alarum in costa sejunctas esse dicuntur, et in figura nigredine conjunctas observabis.

---

*Sp. 11. U. centaureae Desv.*

*apraca Mgn.* (non *Fall.* nec *Fabr.*) (1).

*eriolepidis Lw., Schin.* — *brunicornis.* v. *Desv.*

*Femoribus omnibus late nigris:* *alarum fasciis* quatuor transversis nigricantibus: primis duabus antice subconnexis, vix puncto lutescente sejunctis: duabus intermediis postice non, aut vix angustissime subconfluentibus; et *terebra foeminae* circiter bilobiore abdome, et hirtula, facile ab affinis distinguenda.

*Caput, antennae, lineae laterales thoracis, scutellum fere totum, et tibiae ut in congeneribus flava, et fasciae duae apicales alarum antice late connexae etc.*

Non infrequens in tota Italia etiam insulari.

---

*Sp. 12. U. cardui Lin., Fabr., Rossi., Mgn., Lw., Schin.*

Inter species *femora* late et omnia nigricantia praebentes facile distinguenda *fasciis* quatuor nigricantibus alarum in fasciam unicam undulatam, bis arcuatam confusis, seu duabus primis et duabus apicalibus antice, et secunda et tertia postice late connexis.

Teste Rossio in Etruria vivit: in Italia boreali nondum lecta.

---

*Sp. 13. U. quadrifasciata Wdn., Mgn., Macq., Lw., Schin. sonchi Desv.*

*Femoribus* fere totis nigris; *fasciis* quatuor nigricantibus alarum per paria late in margine anteriore connexis; intermediis ubique sejunctis et remotis: *scutello* fere toto flavido: *terebra foemina*

---

(1) *Aprica vera* Falleni forte Europae borealis incola, aut saltem Italiae exstranea, sat minor *centaurea* et oviducto sat breviore, longitudinem abdominis circiter aequante.

Sinon. *apraca* forte sp. *Dejeanii* Desv. — Conser. Zetterst. v VI.

satis longiore abdomine, et statura sat parva, ab illis vel istis congenerum diversa.

In tota Italia etiam insulari frequens.

---

*Sp. 14. U. scutellata Mih.*

Similis habitu et statura sp. praecedenti sed distinctissima ab eadem et ab aliis.

1° *Scutello* nigro, gutta tantum pallida apicali, non fere toto flavido lateribus tantum ad basim anguste nigris.

2° *Fasciis* duabus primis alarum, in costa punto lutescente sub-sejunctis, non late connexis, nec distantibus.

3° *Terebra foeminae* longitudinem abdominis circiter aequans, non satis, nec duplo fere longiore.

Semel faeminam legit Nob. Car. Tacchetti in montuosis agri brixiensis.

---

Gen. III. *GONIGLOSSUM Rndn.* (1856. *Prodr.*)

*Ædaspis. p. Lw.* (1) — *Orellia Wlk., Schin.* (non *Desv.*) (2)  
*Tephritis Macq.* — *Tripeta Mgn.*

*Proboscis* sat longa exilis et bicubitata — *Frons* valde compressa — *Antennae* sub medium oculorum insertae, remotae et a carina elevata faciei sejunctae: *arista* nuda: et apice articuli ultimi non mocronulatae.

*Epistomium* non porrectum, sed lateribus inferne descendenteribus — *Scutellum* quatuor setosum.

*Alarum* vena secunda longitudinalis contra transversam intermedianam costali conjuncta: quarta non setulosa: quintae segmentum penultimum sub-aequale, nisi paulo longius praecedente: areola basalis interior apice non concavo, nec angulo infero, neque parum producta.

*Terebra foeminae* vix porrecta.

---

(1) Confer notam in actis Societatis entomologicae Italicae 1869. — (2) Idem.

*Sp. 1.* G. Wiedmanni *Mgn.*, *Macq.* (exclus. syn. *Jaceae*) *Rndn.*,  
*Schin.*, *Lw.* (exclus: syn. *flavicans*).

Rufescens: *thoracis* lateribus et dorso postice nigro-maculatis, maculis 14 saepe confluentibus: *metathorace* atro: pectore nigro-maculato: *scutello* maculis tribus nigris, duabus lateralibus, una apicali.

*Abdominis* segmenta lateribus ad basim paulo fuscescens.

*Pedes* toti testaceo-lutei.

*Alarum* fasciae quatuor transversae subrufescentes, fusco-limbatae: duabus primis, seu basalibus, in medio confluentibus: duabus apicalibus antice conjunctis.

*Vena* tertia longitudinalis antice appendiculata contra transversam exteriorem.

Raro in Italia superiori lecta: a Genèo et Bellardi in Pedemontio, et a De Cristofori in Insubria.



Gen. IV. CARPOMYIA (1) *Rndn.*, *Costa A.* (1854) (2)

*Ragoletis* et prt. *Ædaspis* *Lw.* (1862)

*Spilographa* *Schin.* (non *Lw.*) — *Orellia* *Schin.*, *Frlfd.* (non *Desv.*)

— *Urophora* prt. *Desv.*, *Macq.* — *Tripeta* *Mgn.*, *Lw.* —

*Tephritis* *Latr.*, *Zett.* — *Musca* *Lin.*, *Rossi*.

*Proboscis* nec exilis, nec longa, nec geniculata.

*Caput* non compressum — *Epistomium* nec porrectum, nec lateribus inferne descendantibus: facie in medio non carinata.

*Antennae* basi subcontiguae, apice mucrone brevi, sed distincto praeditae, arista subnuda — *Scutellum* quatuorsetosum.

*Alae* vena secunda longitudinali contra non ante transversam intermedianam costali conjuncta: tertia recta: quarta non setulosa: quintae segmentum penultimum praecedenti sib-aequale non manifeste brevius, nec longius: areola basalis interior apice concavo, angulo infero fere nihil producto.

*Terebra* foemina parum prominens.

(1) Vide ultra notam. — (2) Opuscoli scientifici. Napoli.

Species Italicae.

a. *Corpus rufescens, thorace et scutello nigro-maculatis.*

*Sp. 1. Vesuviana Costa A.*

aa. *Corpus nigrum, scutello et tibiis flavicantibus.*

*Sp. 2. Signata Mgn.*

---

*Sp. 1. C. vesuviana Costa A., Rndn.*

*Schineri Lw., Schin.*

*Buchicchii Frnfld.*

Color corporis rufescens, *capite* albicante; antennis fulvis.

*Thorace et scutello nigro-maculatis; maculis thoracis quatuor ad unumquodque latus, et tribus in parte posteriori dorsuali: scutello maculis duabus ad apicem, et duabus lateralibus ad basim cum duabus ultimis thoracis confusis: metathorace pariter nigro-bimaculato: dorso thoracis fusco-trilineato, linea intermedia antice distinctiore.*

*Alae sub-limpidae fasciis quatuor transversis luteo-testaceis, fusco-limbatis; duabus exterioribus antice conjunctis: prima seu basalis, et secunda liberis: prima a costa ad angulum interiore alae descendente: secunda ab areola stigmatica postice producta ultra venam longitudinalem sextam, et venulam transversam intermedium includente: tertia ad marginem posteriorem producta transversam exteriorem cingendo; ultima apicali usque ad apicem vaenae quintae marginem sequente.*

*Pedes* lutescentes.

Larva vivit in fructibus Ziziphi sativi, a Prof. A. Costa observata in agro neapolitano.

---

*Sp. 2. C. signata Mgn., Macq., Wlk., Rndn.*

*cerasi p. Ltn., Fabr., Rossi., Zett., Lw., Schtn.*

*liturata Desv.*

Nigra, *fronte* fulva, *antennis* rufis, *facie* albidi-nitente, *scutello* flavo: *tibiis* luteis.

*Alae fasciis quatuor transversis et vitta costali nigricantibus: fasciis duabus apicalibus antice late connexis: prima basali libera, breviore, et angustiore: secunda majore, sed margini postico non producta: vitta costali inter fascias secundam et tertiam posita.*

Larva polifaga: domi imagines mihi ortae ex fructibus cerasorum et lonicerarum; sed etiam a larva vivente intra caulem gramineae cerealis in internodiis inferioribus, eum intus rodens. et partem superiorem perdens.

Frequens in tota Italia.

(Nota). Il genere *Carpomyia* fu da me proposto la prima volta per comprendervi le specie dei Tripetidi del Meigen distinte dalle altre pei seguenti caratteri:

1º Proboscide breve e non gomitata.

2º Vena quarta delle ali non setolosa.

3º Penultimo segmento della quinta vena distintamente più lungo della metà del precedente, se non di lunghezza quasi eguale, ma sottraendo però dalle specie dotate di tali caratteri alcune, che sono fornite di altre importanti modificazioni organiche per formarne tipi di qualche gruppo generico distinto.

Per le note distintive sopra indicate il genere *Carpomia* rappresentava quasi completamente quello che oggi chiamasi *Tripeta*, comprendendo però alcune specie che furon poi collocate in generi distinti, fra le quali la *signata* del Meigen e la *vesuviana* del Costa.

Il nome di *Tripeta* del Meigen sinonimo quasi perfetto del *Tephritis* di Latreille, e che conteneva quasi intero il ramo delle *Tephritoidi*, credeva che dovesse essere abolito; ma i moderni Ditterologi avendo nel suddividere quel vasto gruppo conservati i due nomi, destinandoli a rappresentarne due suddivisioni, non può più essere rifiutato il nome del Meigen come generico, benchè assai limitato nella sua estensione, ed escludendo dal genere assai ristretto anche le due specie *signata* e *vesuviana*, che io riuniva con altri tripetidi nelle *Carpomie*.

Ma nel suddividere quel genere da me proposto, se veniva conser-

vato per le altre specie il nome di Tripeta, si doveva mantenere per le due quello di Carpomia: tanto più che questi due dipteri formano un gruppo generico ben caratterizzato e distinto così da non potersi con altri confondere, e molto meno poi potevano essere genericamente separate, come fu fatto dal Loew e dal Schiner, per superficiali differenze di colore e di aspetto, cui non può essere attribuito un valore al di là di specifico. — (V. (atti della Società entomologica Italiana, 1869, Fasc. 2.)

---

Gen. V. ZONOSEMA Lw.

*Spilographa* *prt.* Schin. (non Lw.)

*Tephritis* Fall., Macq., Zett. — *Tripeta* Mgn.

*Antennae* articulo tertio triplo, aut quadruplo longiore secundo, et apice extra mucronulato: basi sub-contiguae.

*Arista* subnuda -- *Genae* non piligerae nec setigerae.

*Epistomium* non porrectum, nec lateribus inferne descendantibus.

— *Proboscis* nec elongata, nec geniculata.

*Scutellum* quatuor setosum.

*Alarum* vena transversa intermedia contra, non extra apicem sita secundae longitudinalis: quarta sparsim setulosa: tertia subrecta: quintae segmentum penultimum longius praecedente: areola basalis interior apice concavo et angulo infero paulo elongato.

*Terebra* faeminae parum producta.

---

*Sp. 1.* Z. alternata Fall., Lw., Zett., Schin. (non Meig.)  
continua Mgn.

Color coporis rufescens, opacus, *capite pedibusque* dilutioribus: *metathorace* vel toto nigro vel maculis duabus nigricantibus signato.

*Alae* dilutissime sub-lutescentes, fasciis tribus et vitta costali fusco-obscuris: fascia interiori a costa descendendo venulam transversam intermedium includente, postice abbreviata non margini producta: secunda integra a costa ad marginem posticum oblique decurrente, vena transversa exteriore inclusa: tertia apicali: vitta fusca in costa inter duas fascias basales sita.

*Terebra faeminae ferruginea apice anguste nigra.*

Raro lecta in Pedemontio a Prof. Bellardi.

(Nota) Species congener Zon. *Meigenii* Lw., seu *alternata* Mgn. (non Fall.) in Italia nondum inventa: differt a praecedente: *fascia secunda* alarum non integra, sed antice abbreviata longe a costali: *terebra foeminae tota nigra* etc.

---

Gen. VI. CHETOSTOMA Rndn.

*Psoboscis* non geniculata — *Antennae* longiusculae, apice articuli tertii mutico subrotundato; arista nuda.

*Epistomium* non porrectum; *genae macrochetis* validis armatae (saltem in uno sexu).

*Scutellum* quatuor setosum — *Abdomen* breve, nigro-setulosum.

*Alae* spinula costali exigua: vena transversa intermedia contra apicem sita secundae longitudinalis: vena tertia recta: quarta setulosa et distincte incurva: quintae segmentum penultimum manifeste longius praecedente: areola basali interiori apice excavato et angulo infero sat producto.

---

Sp. 1. C. curvinervis Rndn.

Mas. *Corpus* testaceum, vitta tantum nigricante in metathorace; arista longa fusca: genarum macrochetis nigris sex ad unum quodque latus.

*Alae* sublimpidae, fusco-ferruginei fasciatae et maculatae.

Macula magna basali irregulariter extensa et per venas decurrente: *fascia* sub-intermedia, transversa, integra a costa ad marginem posticum, venulam transversam intermedium includente: vitta costali inter apices posita venarum secundae et tertiae: macula latiuscula sub-trigona in costa ad apicem venae tertiae, et exiliter costalem concomitando aliae maculae apicali sub-connexa: *fasciola* quoque fusca venam transversam cingente.

*Abdomen* nigro setulosum, et *pedes* brevissime nigro-hirtuli.

Semel marem inveni in Apennino parmensi.

---

Gen. VII. PHORELLIA. Desv.

*Spilographa p. Lw., Schin.* — *Tripeta Mgn.* —

*Tephritis Fab., Fall., Macq., Zett.* — *Musca Fabr.*

*Proboscis* non geniculata. *Antennae* ad originem sub-contiguae, articulo ultimo apice mutico. *Frons* in utroque sexu forma ordinaria. *Arista* subnuda aut vix puberula.

*Scutellum* quatuor setosum. — *Epistomium* superne subnudum. *Alae* spinula costali sat exigua: vena longitudinalis prima recta et parallela secundae: transversa intermedia contra non extra apicem sita secundae longitudinalis: quarta non sat incurva nec flexa, et plus vel minus setulosa (1): quintae segmentum penultimum aequale vel vix brevius praecedente: areola basali interiori apice excavato sed angulo infero parum producto.

---

Sp. Italicae.

- a. *Alarum fasciae* fuscae duae intermediae in margine posteriori non conjunctae.
- b. *Fascia fusca* adest in utroque sexu ante maculam apicalem, in medio interrupta.

*Venae quintae* segmentum penultimum paulo brevius praecedente.

*Sp. 1. Artemisiae Fabr.*

- bb. *Fascia fusca* ante maculam apicalem, in mare nulla, in foemina integra.

*Venae quintae* segmentum penultimum aequale praecedenti.

*Sp. 2. Zoe Mgn.*

- aa. *Fasciae fuscae* intermediae in margine posteriori late connexae.

*Sp. 3. Hamifera Zett.*

---

(1) In unico specimine sp. *Zoe* a me observato vena quarta non setulosa apparet; qui alia exemplaria sp. possident, si nota ista specifica aut individualis est dicant: si vena quarta in omnibus nuda forte sp. a generae hoc removenda.

*Sp. 1.* P. Artemisiae *Fabr.*, *Mgn.*, *Macq.*, *Lw.*, *Zett.*, *Schin.*  
*interrupta* *Fall.* — *Onopordinis Desv.*

Conf. Descript. Zetterst. VI. p. 2168.

Cui adde. *Alarum fasciae fuscae intermediae interruptae*, vel *sub-interruptae*, *vitta nulla costali interposita*, et *paralleliter decurrentes*: *vena quarta longitudinalis distincte setulosa*: *terebra foeminae lutea* vel *testacea*, ut *corpus*, *pedes*, *antennae etc.*

Rarissima in Italia boreali. Foeminam obtinui a Nob. De Bartolini, in montuosis agris tridentinis captam.

---

*Sp. 2.* P. *Zoe Mgn.*, *Macq.*, *Lw.*, *Zett.*, *Wth.*, *Schin.*  
Apicalis *Zett.*

Fulvo-rufescens, *metathorace nigro*.

*Alae* (foeminae) *fasciis duabus transversis intermediis sub-parallelis*, et *macula, apicali, lata nigricantibus*.

(Maris) *macula apicali et fasciola tantum sub-intermedia pictae*  
— pro aliis notis conf. Descr. Zetterst. VI. p. 2172.

Foeminam tantum observavi ab Equite Gariglietti in Pedemontio captam.

Si ut in specimine a me observato, alia venam quartam alarum non setulosam praebent, a *Phorelliis* sp. *Zoe* eliminanda, e tunc typica generis proprii, nomine Loëwili *Spilographa* distinguendi, a notis genericis si tollas *venam quartam setulosam*.

---

*Sp. 3.* P. hamifera *Zett.*, *Staeg.*, *Lw.*, *Schin.*

*Antennae articulo ultimo paulo reflexo*, sed non mucronulato — *Alarum fascia fusca cingens venam transversam exteriorem sursum manifeste divergens a praecedente*; ista plus vel minus postice abbreviata: *venae quintae segmentum penultimum vix brevius praecedente*.

Color testaceus, maculis *metathoracis* et *terebra* foeminae nigris.

Rarissima in Italia superiori, a Prof. Bellardi in Pedemontio capta.

Gen. VIII. PETALOPHORA Macq.

Ceratitis Mac. L., Breme., Rndn., Wlk., Lw.

Tripeta Wdmn., Walk. — Halterophora Rndn.

*Proboscis* non geniculata: *antennae* mediocres, apice mutico: arista exilis nuda. — *Facies* subnuda, os non porrectum. *Frons* ultra oculos non producta, in mare appendicibus duabus halteriformibus, vel staminiformibus ornata.

*Scutellum* quatuor-setosum. (1)

*Alae* spinula costali distincta: vena prima longitudinali incurva et non parallela secundae; ista paulo ultra transversam intermedium producta: quarta longitudinali setulosa: quintae segmentum penultimum longitudine praecedenti sub-aequale: areola basali interiori apice sat excavato et angulo infero distincte producto.

*Femora* antica maris crebre et longe setosa.

*Sp. 1. hispanica* Breme., Guer., Rndn.

*capitata* Lw. (non Wdm.)

*Testaceo lutescens*: *Capite* albicante: *antennae* ochraceis: appendicibus halteriformibus capititis, in mare, capitulo compresso nigricante.

*Thoracis* dorsum obscure variegatum: scutello nigricante paulo lutei-marginato — *Abdomine* transversim albicante et griseo-fusco fasciato.

*Alae* sub-limpidae, fusco-lutei fasciatae et maculatae, et ad basim vittis punctisque nigricantibus variegatae: *pedes* testacei etc.

*Ab exotica capitata* Wdm. differt praecipue appendicibus, frontalibus maris distincte brevioribus, et capitulo nigricante, non albido.

Hispanica rarissimo inventa in Italia australi.



!!) In Prodromi Vol. I. scutellum sex setosum dicitur, sed non rite, quia nota ista desumpta a specimine exotico a Cl. Macquartio missa, in quo scutellum setas tres in uno latere, et unicam in alio latere praesebat, et in dubio Macquartii diagnosim et iconem in Dipteris exoticas consului, sed in descriptione de setis scutelli silent, et in icona setae sex certe extant, quae me in errorem duxerunt.

Gen. IX. STEMONOCERA *Mih.*

*Tripeta Mgn., Lw., Frnfld.* — *Tephritis Macq.*

*Spilographa p. Lw., Schin.* — *Musca Scop., Gmel.*

*Proboscis* non geniculata — *Epistomium nudum* paulo reflexum.

*Antennae* basi manifeste remotae in utroque sexu, apice mutico.

*Frons* margine antico excavato, et in mare lateribus in cornua antice productis, cornubus appendicibus staminiformibus ornatis.

*Scutellum* quatuor-setosum.

*Alarum* vena transversa intermedia contra apicem sita secundae longitudinalis: quarta longitudinalis parce setulosa: quintae segmentum penultimum sub-aequale, seu vix brevius praecedente: areola basalis interior apice sat excavato et angulo infero modice elongato.

*Femora* quatuor posteriora inferne setulis exilibus, sed longiusculis praedita.

*Sp. 1. S. cornuta Scop. (1772) (1).*

*abrotani Mgn., Mcqrt., Frnfld., Lw., Schin.*

Tota testaceo-fulva, puncto ocellari, maculis duabus *metathoracis* nigricantibus, et foeminae *terebra*, et maris *appendicibus* cornua ornantibus nigris. — Appendices nigrae quatuor.

*Alae* maculis aliquibus et limbo venarum transversarum fuscis, macula una in areola stigmatica obscuriore; secunda in costa inter apices venarum secundae et tertiae: apici macula lata fasciiforme: puncto nigricante ad originem venae tertiae a quarta; et vitta dilute fusca in medio circiter venae sextae.

*Setulae* femorum posteriorum pallidae.

(Nota) In diagnosi Scopolii appendices e cornubus frontalibus orientes tres non quatuor esse dicitur; sed notandum est appendicem apicalem quartam, fere in continuatione cornuorum, et circiter in eadem linea directam, et tres superiores erectas esse, ideo

quarta ab auctore cum praecedentibus non considerata, et sic  
breviter ab eodem sp. descripta.

« Flavicans, cornubus binis tres ramulos nigros ex latere supe-  
riori educentibus. Alis hyalinis fusco-maculatis. Habitat circa  
Idriam Carniolae. Scop. »

Rarissimo lecta a Prof. Bellardi in Pedemontio.

(*continua*)



# ORTALIDINAE ITALICAE

COLLECTAE, DISTINCTAE ET IN ORDINEM DISPOSITAE

▲

Prof. CAMILLO RONDANI



## DIPTEROLOGIAE ITALICAE

Prodromi

Pars VII — Fasc. 4. (Cont. — V. pag. 31.)



Gen. X. CERIOCERA *Rndn.* (1).

Tephritis *Fall.* *Macq.* *Zett.*

*Tripeta Mgn. Luc.*

*Scatophaga p. Fabr.*



*Proboscis* nec elongata nec bicubitata.

*Facies* nec carinata nec inflata.

*Frons* margine anteriori paulo excavato.

*Epistomium* non productum, nec lateribus descendantibus.

*Antennae* ad originem remotae; articulo secundo maris in cornu  
elongato, foeminae tuberculo setuloso antice praedito.

*Arista* subnuda — *Scutellum* quatuor setosum.

*Thorax* dorso pallide pubescente, postice quatuor setoso.

*Alarum* vena quarta longitudinalis nuda, et exstrinsecus contra  
quintam paulo flexa: quintae segmentum penultimum manifeste  
longius medietate praecedentis: transversa intermedia contra

---

(1) Gerajocera *Rndn.* 1856.

apicem sita secundae longitudinalis: areolae basalis interioris angulus inferus modice productus.

*Pedes* femoribus anticis tantum setigeris.

*Terebra* foeminae longiuscula, depresso.

---

*Sp. 1.* C. cornuta *Fabr.* et auct, omnes (excl. synon. Scopoli).

Pallide flavescens, in vivo paulo virens, opacum.

*Thoracis* dorsum obscurum, metathorace et maculis pectoris nigris

— *Abdomen* seriatim nigro-punctatum: *terebra* foeminae rufa.

*Alae* fasciis quatuor transversis, fuscis, irregularibus: prima basali cum secunda, et tertia cum ultima apicali prope costam confluentibus.

*Pedes* flavescente-testacei etc.

Spec. in Italia nondum lecta: Collectionis meae specimen germanicum a Cl. De Roser olim missum.

---

Gen. XI. TRIPETA *Mgn.* *Lic.* *Schin.*

Tehpritis *Latr.* *Fall.* *Macq.* *Zett.* *Wlk.*

Sitarea, Orellia et Terellia *Desv.*

Carpomyia *prt.* et Terellia *Rndn.*

Musca L. *De G.* *Scop.* *Rossi* *Fabr.*

Trupanea *Schr.* *prt.*

*Proboscis* non bicubitata — *Antennae* forma ordinaria et ad originem sub-contiguae — *Epistomium* non porrectum, non omnino nudum, sed pilosum, aut setulosum, aut saltem breviter hirtulum vel puberulum — *Arista* nuda —

*Alarum* vena secunda longitudinalis saepius contra, raro parum ante transversam intermedium costali conjuncta: quarta non setulosa, nisi in unica specie ad apicem setulis aliquibus instructa: quintae segmentum penultimum longius aut non brevius medietate praecedentis: Areola basali interiori angulo apicali infero modice, et raro satis producto.

*Corpus* non lucidum: thoracis dorso pallide pubescente.

*Pedes* femoribus anticis semper : in paucis etiam posterioribus inferne setulosis.

---

Species italicae

- A. *Scutellum* nigro-trimaculatum, apici macula majore.
- B. *Thorax*, dorso in medietate tantum posteriori 4 setoso.
- C. *Epistomium* setulis validiusculis destitutum.

*Abdomen* impunctatum.

*Sp. 1. steropea* n.

CC. *Epistomium* setis aliquibus validiusculis inter plures minores praeditum — *Abdomen* seriātим nigropunctatum.

*Sp. 2. cylindrica Desv.*

BB. *Thorax* dorso setis sex instructo, quarum duae in medietate anteriori.

D. *Fasciae* obscurae alarum non omnes in costa conjunctae, saltem duabus intermediis antice sejunctis.

E. *Areola basalis* anterior tota fusca, seu vittam pellucidam non includens — *Thoracis* puncta quatuor anteriora subaequaliter lata.

*Sp. 3. exacheta Lw.*

EE. *Areola basalis* anterior viltam pellucidam includens, non tota fusca — *Thoracis* puncta quatuor anteriora inequalia, intermediis sat minoribus.

F. *Thoracis* dorsum antice late obscurum.

G. *Areola basalis* interior angulo infero sat producto.

*Sp. 4. loricata* n.

GG. *Areola basalis* interior angulo infero breviter producto.

*Sp. 5. vittata* n.

FF. *Thoracis* dorsum totum, aut saltem antice late fulvum.

*Sp. 6. Jaceae Desv.*

DD. *Alarium* fasciae transversae, omnes etiam intermediae, in margine anteriori late connexae.

*Sp. 7. succinea Costa O.*

AA. *Scutellum* non nigro-maculatum, vel punctis quatuor parvis marginalibus, vel nullis.

H. *Scutellum* punctis quatuor nigris quorum duo apicalia.

F. *Alarum fasciae omnes, etiam intermediae, in costa late connexae.*

*Sp. 8. punctata Schr.*

II. *Alarum fasciae transversae, non omnes in costa conjunctae, saltem duabus intermediis antice sejunctis.*

*Sp. 9. falcata Scop.*

HH. *Scutellum omnino impunctatum.*

K. *Alae fusco-fasciatae, fasciis saltem duabus integris, non maculiformibus.*

L. *Abdomen quadrifarium nigro-punctatum.*

*Thorax dorso nigricante.*

*Sp. 10. Lappae Lin.*

LL. *Abdomen haud seriatim punctatum.*

*Thorax dorso rufo, postice nigro-bipunctato.*

M. *Vena quartâ longitudinalis tota etiam apici nuda.*

*Pectus haud nigro-maculatum.*

*Sp. 11. Arctii prt. De G.*

MM. *Vena quartâ longitudinalis in parte apicali setulosa.*

*Pectus nigro-maculatum.*

*Sp. 12. Cinarae n.*

KK. *Alae fasciis fuscis nullis integris, raro nigricante vel fusco-maculatae, saepius omnino vel fere omnino decolor.*

N. *Alae maculis quatuor latis nigricantibus; tribus in costa, una in vena transversa exteriori, cum costali intermedia sub-confluente.*

*Sp. 13. florescentiae Lin.*

NN. *Alae nisi omnino decolor, maculis tantum dilute fuscis antice signatae.*

OO. *Abdomen nigro-hirtulum, pilis pallidis nec tis (1).*

(1) In sectione specierum abdomine nigro-hirto pone speciem *Wittmeri* si in Italia inveniatur V nte.

P. *Alae* dilute vel dilutissime antice maculatae : areola stigmatica extrinsecus partim fusca non tota lutescente.

*Sp. 14. colon Mgn.*

PP. *Alae* neque dilutissime maculatae : areola stigmatica tota etiam extrinsecus lutescente.

*Sp. 15. nebrodesia n.*

OO. *Abdomen* pallide pubescens, etiamsi setulis aliquibus nigris permixtis.

Q. *Antennae* articulo ultimo nigricante.

*Sp. 16. fuscicornis Lw.*

QQ. *Antennae* articulo ultimo rufo, vel luteo.

R. *Venae longitudinales* quarta et quinta extrinsecus non omnino parallelae, quarta paulo flexa contra quintam.

S. *Antennae* articulo secundo gutta fusca signato, non raro distinctissima — *Terabra foeminae* longior segmentis tribus ultimis abdominis.

*Sp. 17. longicauda Mgn.*

SS. *Antennae* articulo secundo gutta fusca indistincta.

*Terebra foem.* brevior segmentis tribus ultimis abdominis.

*Sp. 18. Serratulae Lin.*

RR. *Venae longitudinales* quarta et quinta extrinsecus omnino parallelae

T. *Areola basalis* interior angulo infero modice producto.

*Abdomen* maris segmento ultimo in medio basis nigro-bipunctato.

*Sp. 19. Syllibi n.*

TT. *Areola basalis* interior angulo infero non distincte producto.

— *Abdomen* maris segmento ultimo in medio basis lineis nigris longiusculis ornato.

*Sp. 20. virens Lw.*



*Sp. 1. T. steropea n. — Foemina —*

Tota fulva : *thoracis* dorso et *metathorace*, praeter scutellum, nigro-punctatis : puncta thoracis sex, quorum quatuor in medietate posteriori dorsi, et duo ad latera medietatis anterioris : pectus immaculatum.

*Abdomen* impunctatum : *terebra* foeminae tota fulva, longitudinem abdominis aequans, nisi superans.

*Alae* fasciis quatuor transversis, fulvo-ferrugineis, fusco-marginatis, per paria antice late connexis : areola basalis interioris angulo infero distincte producto.

Foeminae specimen a Cl. Haliday in Italia australiori lecta.

---

*Sp. 2. T. cylindrica Desv. Lw.* (exclus. synon. Arctii *Mgn.* et *Macq.*)

— *Arctii Fall. p. Zett.* — *dorsalis Macq.* (non *Desv.*) —  
*onotropes Lw. Schin.* (exclus. synon. *Arctii Mgn.*) —  
*solstitialis Pnz.* (non alior.) — *lurida v? Lw.*

Species facillime a congeneribus distinguenda, *epistomio* lateribus superne setigeris, seu inter minores plures setis aliquibus validiusculis instructo, et *femoribus* intermediis retro setulosis.

Similis praecedenti *thoracis dorso* setis quatuor tantum in medietate posteriori orientibus, sed differt disco non ubique fulvo, antice obscure fusco, et postice punctis duobus nigris distinctis.

*Abdomine* quoque sat diverso, in hac seriatim nigro-punctato, non toto fulvo, et *terebra* foem. sat breviore.

*Alarum* fasciae fusco-rufae, saepius per paria antice conjunctae, sed apicales duae aliquando in costa anguste confluentes, et quamvis raro, etiam sejunctae : areola basalis interior angulo infero parum producto.

Color corporis de more lutescens vel rufescens, non raro in thorace et abdome plus vel minus fuscum.

*T. lurida Loewii* forte varietas est istius, cuius specimina aliqua possideo sicula, quae notas omnes sp. *Loewii* possident, sed alia quoque observavi vario modo *luridae* vel *cylindrica* proxima, sic ut species istae varietatibus pluribus interpositis conjunctae sint.

In tota Italia legitur etiam insulari.

---

*Sp. 3. T. exacheta Lw.*

*Thoracis dorsum* setis sex praeditum, quarum duae in parte anterius orientes.

Rufa, nigro-punctata; puncta *thoracis* octo, quorum quatuor in lineam transversam anteriorem posita, *omnibus latiusculis, subaequalibus* — *Scutelli* maculae nigrae tres, apicali majore — *Abdomen* seriatim nigro-punctatum — *Pectus* nigro-maculatum. *Alae* ut in praecedentibus fasciatae, fasciis per paria antice connexis. *Areola basali anteriori vittam limpidadam non includente*, sed tota fusca: areola interiori, angulo infero modice producto. *Terebra foeminae* sat brevior abdome. Mas variat abdome fusco.

Raro lecta in Pedemontio a Prof. Bellardi.

---

*Sp. 4. T. loricata n.*

Similis *exachetae Lw.* et *Jaceae Desv.* sed ab utraque distincta, *thoracis* dorso late obscuro, et angulo infero areolae basalis interioris satis producto, et etiam epistomio paulo, quamvis breviter setuloso, et abdome maris angustiore, punctisque *thoracis* in fuscedine minus distinctis. — Setae *thoracis* ut in praecedente.

Ab *exacheta*, prae caeteris etiam diversa, areola basali anteriore vittam pellucidam includente, non tota fusca.

Marem tantum inveni in collibus agri parmensis.

---

*Sp. T. vittata n.*

Statura, inter congeneres alis fasciatis praedita, minor. Duabus praecedentibus affinis, setarum dorsualium *thoracis* numero et positione, colore corporis rufescente, punctorum nigrorum distributione in thorace et abdome, maculis nigris scutelli etc. sed differt ab *exacheta* areola basali anteriore alarum vittam pellucidam includente: *thoracis* dorso antice partim infuscato, punctis nigris in fuscedine minus perspicuis: a *dorsali* distincta areola basali interiori angulo infero parum producto, et fuscedine *thoracis* fere in vittas latas approximatas divisa: et a *Jaceae* se-

quente, praeter staturam sat minorem dignoscitur, non solum dorso thoracis antice partim infuscato sed praecipue oviducto in foemina, longitudine abdominis distincte breviore, non fere longiore etc.

Foeminas aliquas tantum inveni in collibus agri parmensis.

---

*Sp. 6. T. Jaceae Desv. Lw. Schin.*

*Arctii Mgn. et Macq.* (exclus. synon.)

*punctata Lw. Zett.* (non *Schr.*)

*dorsalis et pusilla Desv.*

*Rufa, nigro-punctata* — *Thoracis* puncta octo setigera, quatuor anterioribus in lineam transversam dispositis, *duobus intermediis sat minoribus* : quatuor posterioribus dorsualibus majusculis.

*Scutellum* ut in praecedentibus nigro-trimaculatum.

*Abdomen* seriatim nigro-punctatum.

*Thoracis* dorsum non infuscatum, pectore et metathorace haud nigro-maculatis.

*Aiae* ut in praecedentibus fasciatae, fasciis per paria antice connexis : areola basali anteriori vittam pellucidam includente : basali posteriori angulo infero parum producto.

*Terebra* foeminae longitudine abdominis nisi longior.

Rara in tota Italia saltem continentali.

---

*Sp. 7. T. succinea Costa. O.*

*falcata p. Lw. Schin.* (non *Scop.*) et exclusis synonymis  
*Schr. et Franqd.*

In sectione specierum, scutello nigro-trimaculato distincta, facile dignoscenda fasciis omnibus alarum in costa late connexis, etiam intermediis.

Ab una vero vel alia specierum affinium difert.

*Abdomine* impunctato — *Oviducto* foeminae sat breviore abdome — *Areola basali* posteriore angulo infero parum producto — *Thoracis* dorso fulvo-cinerascente, setis sex in duas series dispositis

praedito, quarum duabus in medietate anteriori, inter duas laterales, ut in speciebus praecedentibus etc.

Rarissimo lecta in Aprutia a Prof. O. Costa.

(Nota) Non so come potesse essere confusa questa specie colle varietà della *falcata* di Scopoli, della quale non presenta nessuno dei caratteri principali, e basterà confrontarne alcuni, per rilevare la distanza che esiste fra questi due Tripetidi.

La *succinea* ha lo scudetto con tre macchie nere, e la *falcata* con quattro piccoli punti marginali.

Quella ha l'addome non punteggiato, e questa con quattro serie di punti neri. Nella prima l'angolo inferiore dell'areola basale interna assai poco allungato, nella seconda in vece è molto lungo. Nella specie del Costa il torace porta sul dorso sei setole, due delle quali nella parte anteriore, ed in quella dello Scopoli sono quattro soltanto le setole dorsali nella metà posteriore ecc. ecc.

---

*Sp. 8. T. punctata Schr.*

*intermedia Frfld.*

*falcata p. Lw. Schin.* (non *Scop.*) et exclusis synonimis.

Sic a Schrankio brevi diagnosi, sed sufficienter descripta.

« *Flava, thorace abdomineque quadrifariam nigro-punctatis — Alis margine antico fasciisque tribus flavis.* »

Silens diagnosis de maculis scutelli, et notans puncta nigra abdominis, convenit sp. *intermediae Frfld.*, et non *succineae Costa*.

Aliae notae affinitatem indicant *punctatae* cum *falcata* Scop., a qua tamen diversa, praincipue costa alarum tota fusco-lutescente, non neque inter duas fascias intermedias interrupta : quae nota si constans, species sine dubio distincta.

A me non observata, nec ut sciām Italiae incola, hic pro comparatione posita.

---

*Sp. 9. T. falcata Scop. Lw. Schin.* (exclusis synonymis *Schr. Mgn.*

*Costa. Fr. f. d.) Rndn.*

*octopunctata Macq. Lw. Zett.* —

*flavescens Desv.* (Gen. *Orellia*) (1),

*Scutello punctis quatuor parvis marginalibus, quorum duobus apicalibus, et angulo infero areolae basalis interioris sat elongato, a congeneribus facile dignoscenda: et etiam oris marginibus paulo inflatis.*

*Thoracis* dorsum saepe partim obscurum vel nigro-vittatum, setis quatuor tantum in medietate posteriori.

*Abdomen* seriatim nigro-punctatum.

*Alae* fasciis quatuor fuscis per paria antice late connexis, duabus intermediis in costa sejunctis.

In Italia superiori non frequens. In montuosis agri parmensis a me lecta, et in Pedemontio a Prof. Bellardi et Eq. Garbiglietti.

---

*Sp. 10. T. Lappae Lin. Zett. Lw. Schin.* (non *Mgn.* nec *Macq.*)

*Conf. Descript. Zett. VI. p. 2184.*

A praecedentibus omnibus diversa, prae caeteris, *thorace* impunctato: a sequentibus duabus, quibus similis *scutello* impunctato et pictura *alarum*, difert;

*Thoracis* dorso late nigricante, non toto fulvescente nec anguste fusco-vittato, et *abdomine* seriatim nigro-punctato, non in segmento ultimo tantum punctis aliquibus nigris notato.

Specimen collectionis meae a cl. Macquartio olim accepi, in quo fascia penultima alarum, in costa, a proximis sejuncta, sed in margine posteriori cum praecedente confusa.

Nondum in Italia capta.

---

*Sp. 11. T. Arctii prt. De G. Fall. Lw.*

*Tussilaginis Fabr. Mgn. Mcq. Lw. Zett. Rndn. Schin.*

*vicina Macq.* (2).

*Conf. Descri. Zett. VI. p. 2180.*

---

(1) Conf. nota pro gen. *Aedaspide*, in diariis Soc. Ent. Ital. 1869.

(2) Oium a cl. Macquartio exemplar masculum obtinul, parisienne, nuncupatum *Vicina*.

*Scutello* immaculato et impunctato: *Thorace* dorso fulvescente, punctis duobus, et aliquando etiam vittis aliquibus posterioribus nigricantibus signato: *Abdomine* foeminae punctis nullis, maris paucis ad basim segmenti ultimi, a praecedentibus facile distinguenda.

*Alae* fasciis duabus apicalibus in costa sejunctis, duabus intermediis postice non confluentibus etc.

A sequente vero diversa praecipue, vena quarta longitudinali tota nuda etiam apici, et pectore immaculato etc.

Non rara in Italia boreali et media.

---

*Sp. 12. T. Cynarae n.*

Mas, similis mari praecedentis sp. sed distinctissimus, praesertim vena quarta longitudinali in parte apicali setulosa: praeterea *Thoracis* dorsum, in specimine nostro, vittis aliquibus, nigricantibus, parvis, in parte anteriori signatum, non late nigricans, nec postice vittatum: *pectus* distinete nigro-maculatum etc.

*Alae* fasciis duabus apicalibus in costa sejunctis: intermediis etiam postice non confluentibus.

*Abdomen* segmento ultimo tantum basi paucipunctatum.

Semel marem inveni in colle ditionis parmensis.

---

*Sp. 13. T. florescentiae Lin. Mgn. Mcq. Lw. Zett.*

ruficaudis *Fabr. Mgn. Schin.* — punctata *p. Fall.*

Spec. cum aliis non confundenda, praecipue pictura *alarum*, quae maculas quatuor, latas, nigras praebent; tribus in costa, quarum una apicali: et quarta venam transversam exteriorem includente, sursum cum costali intermedia subconfluente: Costa punctum fuscum etiam praebet, maculis duabus apicalibus interpositum, non in omnibus tamen observandum: praeterea vena transversa intermedia plus vel minus fusco limbata observatur.

*Abdomen* pallide pubescens, seriatim nigro-punctatum: oviducto foeminae in medio rufo, basi late, et apici anguste nigricante.

Exemplar collect. meae germanicum: in Italia nondum lecta.

*Sp. 14. T. colon Mgn. Lw. Schin* (1).

alciphron *Nemnn. Walk.* — dispar *Wibrg. Zett.*

nebulosa *Mcqrt.* — Wenigeri? *Mgn.* (teste *Lw.*)

A praecedentibus distincta non solum pictura alarum, quae in colore vix dilute fusco-maculatae in margine anteriori, ne fascias transversas fuscas aut ferruginea, nec maculas latas nigricantes praebent, sed etiam

*Abdomine* nigro hirtulo, non pallide pubescente nec seriatim nigro punctato, sed linea tantum dorsuali maculis fuscis mediocribus instructa, plus minusve observanda notato.

*Alarum* maculae fuscae sic dispositae sunt: una sat diluta contra apicem venae secundae longitudinalis: alia ante apicem venae tertiae, alia minor in apice venae ipsius, et alia minima in apice venae quartae. Venae transversae dilutissime fusco-limbatae.

*Oviductum* foeminae longius medietate abdominis, fusco-nigricans vix ante apicem paulo obscure rufum.

*Alarum* maculae aliquando parum aut vix distinguendae, et forte varietates maculis omnino deletis, sp. *Wenigeri Mgn.* repräsentant.

Raro in Pedemontio lecta ab Eq. Gariglietti.

---

*Sp. 15. T. nebrodesia n.*

Similis praecedenti *abdomine* nigro-hirtulo, sed foeminae *oviducto* toto ferrugineo-lutescente et sat breviore, et *alis* omnino immaculatis: qua nota *Wenigeri Meig.* similis, sed distinguenda, praesertim oviducto non nigro, et breviore.

A sp. *Winthemii*, cui quoque similis, differt prae caeteris *abdomine* impunctato, et terebra tota rufescente, non basi et apice nigris.

In Sicilia captae faeminae aliquae, ad Nebrodes, a D. Mina Palumbo.

---

(1) Aute sp. *colon* pone sp. *Winthemii Mgn.* si in Italia inveniatur, cujus notae praecipuae sunt — *Alae* maculis 4 fuscis margini anteriori — *Abdomen* nigro-hirtulum et nigro-punctatum etc.

*Sp. 16. fusciornis Lw.*

Similis sequentibus *abdomine* pallide pubescente, et *alis* omnino in maculatis, sed ab iisdem et ab omnibus facile dignoscenda colore nigricante articuli ultimi *antennarum*.

*Abdomen* seriatim nigro-punctatum, punctis non raro parum per spiculis — *Pleurae* fusci et pallidi zonatae.

*Palpi* pallidi, sed aliquando apice fusci.

*Alae* areola basali interiori angulo infero parum producto.

*Terebra* foem.: longitudine circiter abdominis, fusco-rufescens, apice aliquando anguste nigricante.

In tota Italia a Pedemontio ad Melitam, non rara.

---

*Sp. 17. T. longicauda Mgn.*

acuticornis ? *Lw.*

Similis praecedenti, excepto articulo ultimo antennarum non nigricante sed rufo.

Similis etiam sequentibus, sed statura major et *terebra* foem. longiore, et aliis notis sequentibus.

*Antennae* articulo secundo gutta fusca notato.

*Thorax* dorso infuscato, fuscedine postice excavata : pleuris ferruginei et pallidi zonatis : pectore nigro, vel ferrugineo-maculato

*Abdomen* luteo sub-virescens, aliquando fuscum, punctis nigris, seriatim dispositis, dorsualibus, plus minusve distinctis.

*Alae* immaculatae, areola stigmatica lutea, antice paulo dilute nebulosae, vel dilutissime : venis transversis parum fusco-limbatis : longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus non omnino parallelis, quarta contra quintam paulo ad apicem flexa.

*Terebra* foem. parum brevior ab domine, saltem longior segmentis tribus ultimis, tota fusco-lutea.

In collibus Agri parmensis non raro legitur, et in Pedemontio inventa a Prof. Bellardi.

---

Sp. 18. T. Serratulae *Lix.* *Wsk Lw Zett.* *Schin.*

pallens *Wdm.* *Agn* — *pallata Desv.*

dentata ? *Lw.* *Schin*

Conf. Descrip. Zett. VI. p. 2256

Similis praecedenti, sed minor, magis lutescens vel fulvescens. Ab *abdomine* punctis seriatis nigris distinctissimis : *terebra* foem. non aut vix longiore segmentis duobus ultimis abdominalis, rufa, apice anguste nigricante.

*Antennae* articulo secundo non fusco-guttato, ultimo rufo.

*Thoracis* dorsum fuscum, fuscedine postice profunde excavata ; pectoro nigricante, vel fusco-maculato ; pleuris fusco-zonatis.

*Alae* sub-limpidae, areola stigmatica pallide lutescente : venis transversis haud fusco-limbatis : longitudinalibus quarta et quinta non perfecte extrinsecus parallelis, sed quarta contra quintam ad apicem paulo flexa : areola basali interiori angulo infero modice producto.

Sat variat, colore plus vel minus rufescente, et non raro dilute virescente : thoracis fuscedine dorsuali plus minusve postice excavata, et punctis duobus posticis nigris non raro conjuncta : pectoro nunc distincte, nunc vix, nunc nihil maculatum etc.

Non infrequens in Italia superiori et media, sed etiam in australi et Sicilia varietates aliquae inventae.

---

Sp. 19. T. syllibi n.

Similis serratulae praecedenti, at duplo circiter minor, et sat distincta : *venis longitudinalibus* alarum quarta et quinta extrinsecus omnino parallelis ; *vena transversa intermedia* non obliqua.

*Oviducto* lato, rufescente, brevi, vix longo ut segmenta duo ultima abdominalis — *Thoracis* nigredine dorsuali postice breviter excavato-dentata : et pleuris non manifeste fusco-zonatis.

A sp. sequente, *virens*, etiam diversa, statura majore et *areola basali* interiori angulo infero paulo producto, et maris *abdomine* ultimo segmento longo sed non longissimo, basi superne nigro-bipunctato, non bilineato.

Uterque sexus semel lectus in colle agri parmensis.

*Sp. 20. T. virens Lw. Frst. Schin.*

Species minima et facile dignoscenda a proximis praecedentibus.

*areola* basali interiori alarum angulo infero non manifeste producto : pleuris unicoloribus subvirescentibus, non fusco-zonatis: Maris abdomine segmento ultimo sat elongato, basi superne maculis nigris lineiformibus longiusculis, non punctiformibus: *præterea, thoracis* dorsum fuscum, fuscedine retro parum excavata : *pectus* nigricante-maculatum.

Color corporis pallidus sub-virescens.

Marem unicum observari, in Pedemontio inventum a Prof. Bel-lardi.

Gen. XII ENSINA Desv. Macq. Lw. Schin. Halid.

Tephritis Latr. Fall. Zett. — Tripeta Mgn. —

Oxyna prt. Rndn. — Musca Lin.

*Epistomium* sat productum — *Proboscis* longa exilis et bicubitata

— *Caput* depresso, genis inferne non productis — *Antennae* breviusculae, basi contiguae, et carina faciali nulla interposita.

— *Arista* subnuda.

*Scutellum* quatuor setosum — thorax pallide pubescens.

*Alarum* vena quarta nuda, et exstrinsecus quintae sub-parallelia : transversa intermedia contra, non extra apicem sita secundae longitudinalis : segmentum penultimum venae quintae duplo circiter brevius praecedente : *areola* basalis interior apice paulo concavo, angulo infero vix vel non manifeste elongato : *areola* basalis anterior sat longior posteriore : spinula costae subnulla.

*Pedes* fere nudi, femoribus anticis tantum subtus setigeris.

---

Sp. Ital. unica.

*Sp. 1. E. Sonchi Lin. Fall. Mgn. etc.*

obsoleta v. *Mgn.* — *Asteris Halid.*

*Scorsonerae* : *Linariae* etc. *Desv.*

*Grisea*, capite, antennis, pedibus, scutello, et thoracis linea late-rali luteo-flavidis.

*Abdomen* subnudum, nigricans vel fuscum, segmentis postice linea albicante, vel pallide lutea marginatis.

*Alae* sub-limpidae, stigmate fusco, et signaturis aliquibus plus vel minus dilute fuscis, aliquando vix aut non observandis.

Vulgaris ubique in Italia, praesertim superiori et media in toto anno entomologico.

~~~~~  
Gen. XIII. OXYNA Desv. Rndn. Lw.

*Acynia* p<sup>m</sup>. Desv. Macq. — *Tripeta* Mgn.

*Tephritis* Fabr. *Latr.* Fall. Schin. Lic. —

*Sphenella* Desv. Lw. —

*Oxyphora* Desv. Macq. (non Lw. nec Schin.) —

*Musca* Lin. De G. Fabr. Rossi.

*Proboscis* distinete elongata et geniculata, saepius exilis, aliquando tamen labello retro flexo, crassiusculo.

*Epistomium* plus vel minus porrectum, lateribus inferne non descendentibus.

*Antennae* mediocres, basi proximae, carina faciali nulla interposita: arista subnuda vel vix tomentosa.

*Scutellum* fere semper setis quatuor praeditum, apicalibus duabus aliquando parvis vel subnullis.

*Alarum* vena secunda longitudinalis costalem attingens, non contra, sed ante transversam intermedium: quarta non setulosa: quintae segmentum penultimum duplo, aut saepe ultra, brevius praecedente: areola basalis interior angulo infero apicali parum aut vix producto: spinula costalis plus vel minus distincta.

*Pedes* femoribus anticis tantum, inferne setigeris.

~~~~~  
Genus sic subdividendum, si placet.

I. *Proboscidis* pars flexa apicalis, exilis et solida.

a. *Venae quintae* segmentum penultimum, quadruplo circiter longius praecedente —

Gen. *Sphenella* Desv.

Sp. typ. *Musca arcuata* Schr.

- aa. *Venae quintae* segmentum penultimum, ad summum, triplo longius praecedente — Gen. *Oxyna Desv.*

Sp. typ. *Tephritis punctella Fall.*

- II. *Proboscidis* pars apicalis flexa, crassiuscula et membranosa. Gen. *Campiglossa m.*

Sp. typ. *Tephritis irrorata Fall.*

---

1. Sub-genus *Sphenella Desv.*

---

- A. *Proboscis* exilis et bicubitata — *Thorax* non nigro-maculatus.

- B. *Venae quintae* segmentum penultimum quadruplo circiter brevius praecedente — *Alae* non fusco-reticulatae, nec pallide cribrae sed fascia transversa, et costa late et interrupte, fuscis.

Sp. 1. *arcuata Schr.*

---

2. Sub-genus *Oxyna Desv.*

---

- BB. *Venae quintae* segmentum penultimum, ad summum, triplo brevius praecedente — *Alae* fusco, vel nigricante reticulatae, aut pallide cribrae.

- C. *Alae* latitudine ordinaria — *Peristomium* modice productum — Tibiae totae rufescentes.

- D. *Areola stigmatica* nisi tota fusca vel nigricans, guttam pallidam unicum includens: non biguttata, nec intus pallida et extra nigricans.

- E. *Pedes* toti cum femoribus lutescentes.

Sp. 2. *Absynthii Fabr. Mgn.*

- EE. *Pedes* femoribus magis vel minus late nigricantibus.

- F. *Alae*, sub venam transversam exteriorem, gutta pallida nulla, in fuscedine marginali posteriori.

Sp. 3. *Dracunculi Mihi.*

- FF. *Alae*, sub venam transversam exteriorem, gutta pallida distincta in fuscedine marginali.

G. *Areola* anteposita venulae transversae intermediae, maculas duas limpidas majusculas includens.

*Sp. 4. punctella Fall.*

Gr. *Areola* anteposita venulae transversae intermediae, guttas limpidae 5. 6 in lineam dispositas, parvas, includens.

*Sp. 5. guttella n.*

DD. *Areola* stigmatica fusca-obscura, vel guttas duas pallidas includens, vel intus pallida, et extra nigricans.

H. *Areola stigmatica* intus pallida et extra nigricans, non obscura pallide biguttata.

*Sp. 6. corticina n.*

HH. *Areola stigmatica* obscura, pallide biguttata.

I. *Scutellum* setis duabus tantum lateralibus distinctis.

K. *Statura* media — *Oviductum* foem. totum nigrum, parum longius segmento ultimo abdominis.

*Sp. 7. cinerea Desv.*

KK. *Statura* minor — *Oviductum* foem. in medio rufo-fasciatum, et paulo longius segmentis duobus ultimis abdominis.

*Sp. 8. cibrina n.*

II. *Scutellum* setis quatuor marginalibus.

L. *Scutellum* totum fulvum — *Oviductum* foem. in medio rufo-fasciatum vel maculatum.

*Sp. 9. flavescens Desv.*

LL. *Scutellum* fuscum apice lutescente — *Oviductum* foem. totum nigrum, vel nigricans.

M. *Femora* tota lutescentia.

*Sp. 10. parietina Lin.*

MM. *Femora* partim nigricantia.

*Sp. 11. femoralis Desv.*

CC. *Alae* sat angustae — *Peristomium* sat porrectum — *Tibiae* partim nigricantes.

*Sp. 12. stenoptera Lw.*

3. Sub-gen. *Campiglossa Mihi.*

AA. *Proboscis* etiamsi apice elongata et retro flexa; non exillis et solida, sed crassiuscula et membranosa — *Thorax* vel nigro-maculatus, vel nigro-punctatus.

N. *Frontis* setae laterales majores, ad unumquodque latus, 4 omnes nigrae — *Alarum* limbus apicalis nigricans, guttis limpidis, parvis, distantibus notatus.

*Sp. 13. grandinata n.*

NN. *Frontis* setae majores 4 laterales ad unumquodque latus, duabus anterioribus albis. et posterioribus nigris — *Alarum* limbus apicalis, maculis latis, limpidis cinctus, inde fusco-radiatus.

*Sp. 16. irrorata Fall.*

*Sp. 1. O. arcuata Schr.*

marginata *Fall. Mgn.* et al. auct.

*Linariae Desv.*

Griseo-sublutescens, capite, antennis, pedibus et scutello, luteo-rufescens — *Scutellum* quatuorsetosum.

*Alae* sub-limpidae, fascia transversa, costa late ad basim, et maculis ad apicem fusco-variis: in fuscedine costali punctis aliquibus obscurioribus: macularum apicalium una minore in costa, alia majore marginem apicis occupante: fascia transversa, venulas duas transversarias includente, istis sat proximis.

Punctum etiam aliquod adest, dilute fuscum in vena sexta longitudinali, ante transversam exteriorem.

*Oviductum* foem. atrum, longitudine paulo minore duobus ultimis segmentis abdominalibus conjunctim.

Non infrequens in tota Italia.

*Sp. 2. O. Absynthii Fab. Mgn. Macq.* (exclus. syn. *punctella Fall.*):  
*staeg.* (in *Zetterst.*)  
*elongatula Lw. Zett. Schin.*

*Griseo-cinerascens*, aliquando etiam paulo lutescens, capite anten-  
nis, pedibusque totis luteis.

*Epistomium* sat porrectum, apice emarginato.

*Scutellum* setis quatuor praeditum, duabus apicalibus sat minoribus.

*Alae* sub-angustatae, sub-limpidae, dilute fusco-reticulatae; macula  
stigmatica nigricante, punctum pallidum includente, aliquando  
parvum, subnullum, aut nullum: limbo venarum transversarum,  
spatio in costa ante apicem, et alio in apice obscurioribus: spatio  
fusco apicali, guttam pallidam in margine includente.

*Abdomen* dorso bifariam fusco-punctato. *Oviducto* foem. nigro, et  
longitudine duo ultima segmenta abdominis conjunctim aequante.

Vulgaris in Italia, praesertim superiori et media.

(Observ.) *Absynthii* Walk, terebra rufa, istae non pertinet. Diagno-  
sis *Absynthii* Meigenii nostris convenit, ut figura alae, quae va-  
rietatem ejusdem denotat, areola stigmatica fusca non pallide  
guttata: varietas non rarissimo a me capta. Conf. notam sp. se-  
quentis.

---

*Sp. 3. O. Dracunculi Mihi.*

*Absynthii Lw. Zett. Schin.* (non *Mgn.* nec *Macq.*)  
*punctella prt. Fall.*

Sp. ab affinibus distincta, statura minore; *areola stigmatica* nigri-  
cante, impunctata; et praecipue gutta limpida nulla in fuscedine  
marginali alarum sub venam transversam exteriorem.

*Cinerea*, *capite* cum *antennis* ruso — *Epistomium* porrectum —  
*Abdomen* dorso bifariam fusco-punctato. *Scutellum*, in exemplare  
nostro, setis duabus apicalibus caret.

*Alae* nigricante reticulatae, basi late decolores, extrinsecus guttis  
et maculis limpidis variegatae: maculis tribus majoribus in costa,  
inter duas venas longitudinales secundam et tertiam, et tribus

sub costales retro venam tertiam : et gutta marginali ad apicem,  
inter venas quartam et quintam.

*Pedes* femoribus late nigricantibus, alibi rufescentes.

Variat raro, puncto minimo pallido in areola stigmatica, et femo-  
ribus minus nigricantibus, teste *Zett.*

Scutelli bisetosi nota nescio si specifica vel fortuita, quia auctores  
omnes de setis scutelli silent.

Unicum exemplar Gallicum possideo a cl. Bigot missum,  
nomine *Absynthii*.

(Observ.) Clar. Loëw bis alam figuravit spec. *absynthii*; figura prima  
in ephemeridis Germarii observatur, secunda in opere de Tripe-  
tidis europaeis, sed non aequales sunt, et nec illa nec ista alas  
speciminis nostri repraesentat: forte speciebus distinctis perti-  
nent. Sed sit quid sit, certe omnes ab *Absynthii* Meigenii di-  
versae, et nostra nomine proprio designanda erat, ut feci.

Figura prima Loëwii alam fert, maculis duabus albidis, notatam  
in costa, inter venas secundam et tertiam, non tribus ut in exem-  
plare collectionis meae: figura secunda maculas tres costales  
paebet, sed guttam limpidam possidet in fuscedine marginali, sub  
venam transversam exteriorem, quod non convenitalis sp. nostrae.

*Sp. 4. O. punctella Fall.*

producta *Lw. Schin.*

tessellata *Zett. Lw. ? Schin.*

Griseo-cinerascens, vel sub-lutescens — Capite cum antennis luteum  
— *Epistomium* sat productum.

*Thorax* dorso saepe fusco-lineato — *Scutellum* apice non raro lu-  
tescente, et margine laterali obscuro : setis quatuor instructum,  
quarum duas apicales sat minores.

*Abdomen* dupli serie macularum fuscarum in dorso notatum : ovi-  
ducto foem. nigro, duobus segmentis ultimis abdominalibus con-  
junctim longiore.

*Alae* nigricante reticulatae, areola stigmatica pallidi-unipunctata:  
spatio in costa ab apice venae secundae ad tertiam, maculis tri-

bus latiusculis albidis paulo remotis : duabus retro tres costales ; et una retro duas istas, sic ut simul figuram fere triangularem constituant : fuscedine apicali guttam albida marginalem includente, inter venas quartam et quintam : margine posteriori, sub venam transversam exteriorem, in fuscedine gutta albida notato. *Pedes* lutescentes, femoribus late nigricantibus.

Vulgaris in tota Italia ab alpibus ad Melitam.

(Observ.) Nisi aliae notae adsint, et agatur de specie a me non visa, *Oxinas productam* et *tessellatam* Loewi non sejungendas esse cogito, et illam et istam *punctellae* Fallenii referendas ; quia in exemplaribus plurimis nostris, differentiae maximaes, varietatibus intermediis conjunctae videntur, scilicet :

In speciminibus scutello ad apicem non lutescente, lineae fuscae thoracis in nonnullis evanescentes, vel omnino deletae sunt.

In aliis, scutello ad apicem luteo, lineae fuscae thoracis, magis vel minus perspicuae videntur.

Lutescentia apicalis scutelli nunc sat manifesta, nunc parum, nunc nihil.

Pictura alarum in omnibus sic varia, ut distinctioni inepta sit.

Terebra foeminae colore in utraque similis, et in omnibus longitudine sub-aequali, sed in hac nota, etiam in diagnosibus illius et istius differentia non apparent, cum dicitur, in una : *terebra longior duobus ultimis segmentis abdominis*, in alia ; *brevior tribus ultimis simul sumptis*.

Nec in productione epistomatis, et simul in latitudine genarum, differentias cognovi sic distinctas, ut valeant ad specificam distinctionem.

Neque valet diversitas cibi larvarum tamquam distinctiva, quia illius et istius larvae observatae, in *leonodonte* et *taraxo* inventae, in unico genere plantarum jam inclusis.

---

*Sp. 5. O. guttella n.*

Similis *punctellae* Fall., seu *tessellatae* Lw., sed sat diversa.

1° Margine costali *alarum*, inter venas tertiam et quartam, macula et gutta limpidis signato, non macula unica.

2° *Vena transversa* intermedia contra guttam limpidam anteriorem sita, non contra vittam fuscum guttis interpositam.

3° *Areola* ante venulam transversam intermedium, guttas mediocres 5-6, in lineam dispositas includens, non duas tantum majusculas.

4° *Areola* anteposita venae transversae exteriori guttas et maculas plures, sub-confluentes, in duabus seriebus dispositas continens, non maculas duas tantum et puncta duo.

Tribus ultimis notis, differt etiam ab *argyrocephala* *Luc.*, a qua etiam distincta, margine posteriori *alarum*, prope basim toto fuso-reticulato, non spatium latum, irregulare, limpidum, includente.

Aliae notae specificae sunt:

*Fusca*, griseo-cinerascens, *capite*, *antennis*, *tibiis tarsisque* testaceis — *Thoracis* dorsum dilute ferruginei vittatum. — *Abdomen* fasciis quatuor obscurō-fuscis, seriebus macularum confluentium instructis, longitudinalibus, duabus intermediis latioribus.

*Alarum* macula fusca stigmatica puncto luteo notata.

*Oviductum* atrum, longius duobus segmentis ultimis abdominis.

Rarissimo lecta foemina tantum in Apennino parmensi.

---

*Sp. 6. O. corticina n.*

Similis *parietinae* *Lin.* et affinibus — Griseo-cinerascens, *fronte*, *antennis*, *pedibusque* totis luteo-rufis; sed distincta, prae coeteris, *areola* stigmatica intus pallida, et extra nigricante, non in nigredine punctum vel puncta pallida includente — *Alarum* maculis limpidis, fasciam exteriorem transversam constituentibus sub-integram; macula, sub duas majores costales, oblonga, transversa — *Scutello* in specimine nostro apice griseo, non lutescente. (setis destituto. 2? 4?)

*Abdomen* pallide pilosulum, dilutissime, et non sat late fuso-macu-

latum; griseum, incisuris, et vitta dorsuali dilutioribus — *Alae*  
fere ut in sequente pictae.

Semel marem legi in colle sub-apennino.

*Sp. 7. O. cinerea Desv.*

*parietina* prt. *Auct.* — *proboscidea?* *Lw. Schin.*

*Griseo-cinerea*, aliquando fusca, aut paulo lutescens, fronte, anten-  
nis, pedibusque totis flavo-fulvis.

*Scutellum* griseum apice lutescente: setis duabus tantum laterali-  
bus instructum.

*Abdomen* pallide pilosulum, dorso late et dilute fusco-maculato.

*Alae* fusco-ferruginei reticulatae, punctis pluribus luteis, et macu-  
lis non nullis sub-albidis variegatae: macula nigricante stigma-  
tica, puncta duo pallida includente

*Terebra* foem. nigra, paulo brevior duobus ultimis segmentis abdo-  
minalibus, conjunctim.

Variat raro foemina, oviducto obscurissime sub-rufescente ante  
apicem.

Non rara in Italia, praesertim superiori et media.

*Sp. 8. O. cribrina m.*

Similis et proxima *cinereae Desv.*, colore corporis, pedum, anten-  
narum, et frontis: *Scutello* fusco, apice luteo, et lateribus bise-  
toso: *Alarum* pictura, macula stigmatica pallida bipunctata: et  
*abdomine* pallide pubescente, et late sed dilute fusco-maculato;  
tamen distinguenda, statura duplo circiter minore, et praecipue  
oviducto foeminae latiore et longiore, certe longitudine, duo ult-  
ima segmenta abdominis simul sumpta, superante; et in medio  
late et distincte rufo-fasciato.

Mas a maribus praecedentium, nisi statura sat minore dignoscen-  
dus, et colore alarum paulo magis obscuro.

Uterque sexus a me semel inventus in colle ditionis par-  
mensis.

*Sp. 9. O. flavescens Desv.*

*flavipennis Lw. Schin.*

*parietina prt. Auct. — Pantherina Zett. b.*

Lutescens, vel fusco-fulvescens, *fronte, antennis, pedibusque totis fulvis* vel testaceis. — *Scutellum totum vel fere totum fulvum, et setis quatuor instructum.*

*Alae* fusco lutei, vel subferruginei reticulatae, punctis pallidioribus plurimis, et maculis albicantibus variegatae: *areola stigmatica obscura, pallide bipunctata.*

*Abdomen* maculis dilutis fuscis, pallide pilosulum: *terebra foeminae longitudine segmenta duo ultima abdominis circiter aequante, nigra, sed ante apicem fascia transversa rufescente, plus vel minus, sed semper distincta.*

Vulgaris in tota Italia.

---

*Sp. 10. O. parietina Lin. prt. et alior.*

*pantherina Fall. Schin. Wlk. Zett. p.*

Griseo-sub-lutescens, *antennis pedibusque totis fulvis, vel luteis — Thoracis* dorsum obscure lineatum.

*Scutellum* fuscum apice pallido, et qnatuo setosum.

*Abdomen* dilute et non sat late bifarium fusco-maculatum, et pallide pubescens.

*Alae* brunnei, vel fusco-ferruginei reticulatae, punctis luteis, et maculis albidis variegatae, partim confluentibus; *stigmate obscuriore, pallide bipunctato.*

*Oviductum* foem. totum atrum, et non longius segmentis duobus ultimis abdominis.

In Italia a me et ab amicis, ut sciam, nondum lecta, inde cogito species ab auctoribus pluribus, *parietinae* nomine distinctas, *flavescenti* vel *cinereae* Desv. referendas esse, ab hoc diptero logo prius divisis, quamvis pessime descriptis.

(Observ.) In opere Loewi de Tripetidis europaeis, figura alarum *O. parietinae*, maculas duas limpidas costales post apicem venae secundae, sejunctas a spatio fusco praebet, trianguli, vertice

trianguli venae costali innixo, inde maculis postice divergentibus, et antice sub-contiguis: dum in exemplaribus plurimis specierum affinum a me observatis, semper spatium fuscum maculis iisdem interpositum latum vel angustum vel angustissimum, sed nunquam triangulare, nec postice distincte latius vidi: quae nota figurae Loëwii si constans in sp. linneana, utilissima tamquam distinctiva.

---

*Sp. 11. O. femoralis Desv. Macq.*

*obesa Lw.*

Nigricans, paulo obscure grisescens, fronte et antennis luteis.

*Thoracis* dorsum fuscum, lineis longitudinalibus obscurioribus, saltem duabus perspicuis.

*Scutellum* obscure fuscum, apice pallido: setis quatuor instructum, quarum duabus apicalibus sat minoribus.

*Abdomen* dorso maculis latissimis, transversis, nigricantibus, fere omnino tecto: pallide pubescens.

*Alae* nigro-reticulatae, lutei punctatae, et albidi maculatae, maculis fere omnibus discretis et rotundatis, aliquibus tantum marginis posterioris ante basim confluentibus: areola stigmatica pallide lutei bipunctata.

*Pedes* lutescentes, femoribus partim nigricantibus, posticis latius.

*Oviductum* atrum et non longius segmentis duobus ultimis abdominis.

Foemina lecta a Cl. Haliday ad Vesuvium.

---

*Sp. 12. O. stenoptera Lw.*

Notis magni momenti a congeneribus omnibus distincta, et diagnosis tantum Loëwii hic transcripta, facile dignoscenda.

« Nigro-cinerea: abdome obsoleto maculato: genis angustissimis:  
« peristomio valde producto: Proboscis geniculata, labellis valde  
« elongatis: *Alae* angustissimae, longae, grosse nigro-reticulatae,  
« guttis hyalinis rarioribus, ima basi et stigmate toto nigris:  
« vena longitudinali tertia (4<sup>a</sup> mihi) non setosa » cui adde.

Statura omnibus sat majore; tibiis in medio nigricantibus etc.

Sp. a me non visa, et teste Loëwio in Sicilia inventa.

---

*Sp. 13. O. grandinata m.*

Habitu et statura similis irroratae *Fall.* ut in hac *antennis* et *fronte* lutescentibus: scutello fusco-griseo, nigricante-bimaculato: *pterostigmate* pallide bipunctato; et *proboscide* crassiuscula et membranos a etiam in parte flexa: tamen sat diversa et facile dignoscenda:

1º *Fronte* setis lateralibus omnibus nigris, non anterioribus albis.

2º *Thoracis* dorso late nigricante-maculato etiam in parte anteriori, non postice tantum nigro-punctato.

3º *Abdomine* superne seriebus quatuor macularum sub-confluentium, non punctorum nigricantium notato.

4º *Altis* margine apicali, guttis albicantibus remotis in nigredine distinctis, non fusco radiato, in maculas latas.

5º *Femoribus* certe nigricantibus, non tantum infuscatis.

*Oviductum* nigrum vel parum in medio rufescens, longitudinem circiter aequans segmentorum duorum apicalium abdominis.

*Abdomen* in vetustis nigrum, non griseum nigro-punctatum.

Rarissimo lecta in Apennino a me ipso, et in Pedemontio ab Eq. Garbiglietti.

---

*Sp. 14. O. irrorata Fall. Mgn. Zett. Lw. Schin.*

*Proboscis* ut in praecedente crassiuscula et mebranosa, etiam in parte apicali retro elongata — *Epistomium* modice porrectum: *Antennae* et *frons* luteae.

Cinerascens, vel grisescens, nigro-punctata et pallide pubescens.

*Frontis* setae laterales quatuor et quatuor ad unumquodque latus, duabus anterioribus albis, verticalibus nigris.

*Thoracis* dorsum antice impunctatum, postice punctis nigris seriatim ad originem setarum.

*Scutellum* quatuor setosum, obscurum apice lutescente, et maculis duabus nigris notatum.

*Alae* macula stigmatica nigra, pallide biguttata; margine apicali maculis limpidis latis, et radiis fuscis cincto, ut costa, et margo interior.

*Abdomen*, dorso seriebus quatuor punctorum nigrorum, notato: oviducto atro-nitido longo ut duo ultima segmenta abdominis.

*Pedes* lutescentes, femoribus paulo fuscis.

Raro lecta in Pedemontio ab Eq. Garbiglietti, et Prof. Bel-lardi.

~~~~~  
Gen. XIV. HOPLOCHETA *Rndn.* 1856 (1).

*Carpotricha* *prt.* *Lw.* (1862) *Schin.* — *Acynia p.* *Macq.*

— *Tephritis* *Fall.* *Zett.* — *Tripeta Mgn.*

*Proboscis* non bicubitata — *Frons* setis numerosis hirta —

*Antennae* articulo tertio lato, dorso concavo, et apice sub-acuminate: arista subnuda.

*Scutellum* setis quatuor ordinariis, et aliis brevioribus praeditum — *Thorax* dorso pallide hirtulo.

*Abdomen* margine postico segmentorum setulis rigidis ciliato, alibi hirtulum.

*Alarum* spinula costalis vix perspicua: vena quarta longitudinalis setulosa: quintae segmentum penultimum duplo aut ultra brevius praecedente: *areola* basalis interior, angulo apicali infero parum producto.

*Pedes*, femoribus, non solum anticis, sed etiam posterioribus inferne setigeris.

~~~~~

Sp. Ital. unica.

1. *H. reticulata* *Schr. Lw.*

*pupillata* *Fall.* *Mgn.* *Zett.* *Rndn.* *Schin.* —  
*pardalina* *Mgn.* — *lineata* *Macq.*

*Grisea*, vel fusco-sublutescens, *abdomine*, non raro, rufescente — *Capite* albido, sub-luteo — *Antennis* et *pedibus* fere omnino flavo-fulvis.

*Thorax* griseus, dorso nigricante-punctato : *Scutello* nigro nitido, aliquando lateribus rufescentibus, et semper setulis crassiusculis, albidis, praeter ordinarias instructo.

*Abdomen* dorso seriatim nigro-maculato, et segmento ultimo toto nigro-nitido vel vitta pallida intermedia.

*Oviducto* atro nitido, vix longitudine segmenti ultimi.

*Alae* disco nigricante, albo guttato et punctato, margine anteriori et apicali toto fusco-radiato, radiis apicalibus longis et numerosis, margine posteriori toto albo-guttato et vittato.

*Pedes* flavo-fulvi, femoribus, in medio circiter, anulo fusco, aliquando nigricante, non raro in puncta diviso, signatis : quatuor posterioribus inferne albido-setigeris ; anticis setis apicalibus nigris.

Non frequenter legitur in Italia superiori et media.



## ORTALIDINAE ITALICAE

COLLECTAE, DISTINCTAE ET IN ORDINEM DISPOSITAE

Prof. CAMILLO RONDANI



### DIPTEROLOGIAE ITALICAE

#### Prodromi

Pars. VII — Fasc. 4. (Cont. — V. pag. 133.)



Gen. XV. XYPHOSIA Desv.

*Acynia* Desv. — *Oxyphora* (1) Lw. Schin. (non Desv.)

— *Tephritis* Fall. Mgn. Zett. —

*Tripeta* Mgn. Wlk. Costa A. — *Dacus* p. Fabr.

— *Musca* Schr. Pnz.

*Proboscis* labiata, non bicubitata — *Epistomium* non distincte productum — *Arista* puberula vel subnuda.

*Thorax* et *Abdomen* lutei pubescens.

*Scutellum* setis quatuor ordinariis tantum praeditum.

*Alarum* vena longitudinalis quarta manifeste setulosa: quintae segmentum penultimum duplo circiter brevius praecedente: areola basali interiori, angulo apicali infero modice producto.

*Femora* antica tantum, inferne setigera.

---

(1) *Ocyphora* Deav. proboscidem bicubitatem praebet.

---

Forte genus *Acynia* utiliter sejungendum ab illo *Xyphosiae*, quae praecipue distincta notis alarum sequentibus.

1. *Alae* spinula costali sat valida: venula transversa intermedia manifeste extra, non contra apicem sita secundae longitudinalis etc.

G. *Acynia Desv.* (1).

sp. typ. *Tephritis corniculata Zett.*

2. *Alae* spinula costali sat exigua: venula transversa intermedia contra, non sat extra apicem sita secundae longitudinalis etc.

G. *Xyphosia Desv.*

sp. typ. *Musca miliaria Schr.* (2).

---

1. Sub Gen. *Acynia*.

a. *Areola stigmatica* nigricans, pallidi bipunctata, vel tota fusco-obscura, non flavicans fusco-maculata, vel non.

b. *Antennae* articulo tertio dorso distinete concavo:

*Areola stigmatica* nigricans pallidi bipunctata.

*Sp. 1. corniculata Zett.*

bb. *Antennae* articulo tertio dorso non distinete concavo.

*Pterostigma* tota obscure fusca.

*Sp. 2. Westermanni Mgn.*

2. Sub Gen. *Xyphosia*.

aa. *Areola stigmatica* lutea vel flavescentia, fusco-maculata vel non.

*Sp. 3. miliaria Schr.*

---

*Sp. 1. X. corniculata Zett. Fall. Mgn. etc.*

*jaceae Desv.*

(1) Continens etiam Trip. Westermanni Mgn., et forte etiam Oxyphoram biflexam Löew., a me non observatam.

(2) Cui facilius addendae oxyphorae Schneideri Lw., et Schaefferi Frsl. a me non visae, et in Italia nondum lectae.

Corpus rufescens, fulvescente puberulum, capite, antennis, pedibusque totis rufescentibus.

*Epistomium* paulo reflexum — *Antennae* articulo ultimo dorso concavo.

*Thorax* puncto nigro ad unumquodque latus, retro radicem alarum notatus, punctisque parvis nigris ad radicem setarum, etiam in scutello.

*Alae* late fusco-ferrugineae, punctis luteis, et guttis maculisque albidis, numerosis variegatae: basi sub-limpidae, fusco-punctatae: areola stigmatica nigricante lutei biguttata: costa maculis duabus pallidis prope venam secundam: disco guttis sex albis distinctioribus quatuor in lineam longitudinalem dispositis inter venas quartam et quintam: una sub maculas limpidas costae, alia sub venam transversam intermedium: spatio marginale inter venas quintam et sextam nigricante, guttas quinque subconfluentes intermedias, et puncta aliqua albicantia includente.

*Abdomen* in medio dorsi punctis nigricantibus notatum: oviducto foem. rufo, anguste ad apicem nigro, et segmentis duobus ultimis abdominis paulo longiore.

Raro legitur in Italia superiori et media: bis a me in Apenino Parmensi, aliquando in Pedemontio a Bellardi. et in Etruria ab Haliday lecta.

---

*Sp. 2. Westermannii Mgn. Mcq. Lw. Schin.* (exclus. sinon.  
Cardui Desv.)

Rufo testacea, pallide fulvo pubescens, macula tantum obscura sub scutellum, et basi segmentorum abdominis paulo et dilute fuscenscente.

*Antennae* articulo tertio dorso non concavo.

*Alae* fusco-ferruginosae, pallide guttatae, et albidi late et parce maculatae: apice, margine posteriore, et areola stigmatica fuscidine saturatiore tinctis; stigmate non pallide punctata: disco maculis tribus albidis majoribus; duabus subrotundis inter venas quartam et quintam, venula transversa anteriori interposita:

tertia etiam latiore et elongata, sub venam quintam longitudinalem, et contra areolam stigmaticam sitis: spatio marginali inter venas quintam et sextam macula lata, et secunda parva albidis, punctisque non nullis luteis variegato: limbo posteriore macula albicante marginali notato contra apicem venae septimae. *Abdomen* dorso non nigricante punctato: oviducto rufo ad apieem nigricante, et sat breve.

Spec: exemplaria duo mascula observavi, unum germanicum a De Roser, aliud pedemontanum ? a Genèo, sed istius patria non indicata, inde dubium manet an sp: Italiae incola.

---

*Sp. 3. X. miliaria Schr. Schin.*

flava *Lw.* — *Arnicæ Fall. Mgn. Mcq. Zett. Wlk.*

— *arcuata Fb. Fall.* — *cirsiorum Desv.* —

*meridionalis. v. Costa A.*

Tota flavo-fulvescens, et lutei pubescens: metathorace saepe fusco; thoracis latera ad radicem alarum puncto nigro notata: setisque scutelli et thoracis a puncto parvo nigro orientibus.

*Alæ* varie fusco-pictæ et marmoratae, maculis, guttis et punctis, plus vel minus latis et distinctis notatae; tamen maculis quatuor latiusculis obscuris semper distinctioribus: una apicali; secunda sub areolam stigmaticam: tertia circa venam transversam exteriorem: quarta ad apicem areolarum basarium; areola stigmatica nunc flavicante puncto aliquo fusco notata, nunc fusco-obscura punctis aut vittis luteis signata, nunc tota aut fere tota flavicante. In exemplare aliquo maculae tantum 4 fuscae adsunt.

*Abdomen* in nonnullis paulo fusci et irregulariter maculatum: oviducto semper rufo, summo apice nigro, et tria ultima segmenta, longitudine paulo superante.

In tota Italia legitur etiam insulari: in collibus agri parmensis vulgaris: forte minus frequens in provinciis australioribus.



Gen. XVI. TEPHRITIS *Latr. Fab. Fall. Zett. Rndn. Lw. Schin.*

*Tripeta Mgn. Wlk. Frfld.* — *Oxyna p. Desv.*

— *Acnyia p. Desv. Mcqt.* — *Urellia*

*p. Desv. Lw.* — *Musca L. De G. Rossi.*

*Proboscis* apice haud retro flexo — *palpi* non producti.

*Antennae* articulo ultimo apice non acutiusculo, et dorso subrecto vel recto : arista nuda.

*Scutellum setis quatuor distinctis praeditum*, quamvis intermediis aliquando sat minoribus.

*Thorax* pallide puberulum, et opacum, non nitens.

*Alae* spinula costali plus vel minus validiuscula et distincta : vena transversa intermedia manifeste, nisi sat extra apicem sita secundae longitudinalis : quintae segmentum ultimum manifeste brevius duobus praecedentibus conjunctim : penultimo saltem duplo breviore praecedente, vena quarta nuda (rarissimo paulo setulosa longe ab origine) : quarta et quinta paralleliter decurrentibus, rectis vel sub rectis : transversa exteriore subperpendiculari longitudinali posticae.

*Areola* basali interiori apice concavo, angulo infero paulo, non valde producto.

---

Sp. Italicae.

A. *Alae* fere omnino decolores, vix fuscedine diluta et irregulari tinctae ante apicem et prope costam : apice etepostice non nigricante maculatae nec radiatae.

Sp. 1. *helianthi Rossi.*

AA. *Alae* vel late fusco-obscurae, guttis et punctis decoloribus sparsis ; vel distincte maculatae aut fusco-vittatae etiam apici et postice, vel saltem parte terminali nigricante-radiata.

B. *Alae* margine apicali decolore, punctis tantum aliquibus fuscis, liberis, seu non fusco-radiato.

C. *Alae* punctis tribus fuscis in margine apicali notatae, quorum unum post apicem venae tertiae et ante apicem quartae.

Sp. 2 diotidi. Dfr.

CC. *Alae* punctis duobus tantum fuscis ad apices venarum quartae et quintae.

D. *Spatium marginale* inter venas longitudinales quintam et sextam fere totum decolor, vitta tantum fusca transversa in medietate exteriore.

E. *Areola stigmatica* fusca punctum pallidum includens.

*Vena sexta longitudinalis* a fascia lata, fusca non concomitata.

*Sp. 3. hyosciami Lin.*

EE. *Areola stigmatica* puncto pallido nullo in fuscedine inclusa —

*Vena sexta longitudinalis* a fascia lata fusca in parte basali concomitata.

*Sp. 4. heraclei Fabr.*

DD. *Spatium marginale*, inter venas quintam et sextam, vel maculas aliquas decolores fuscedine cinctas includens, vel fuscum guttis, vittis, et punctis pluribus variegatum.

F. *Spatium marginale* inter venas quintam et sextam, maculas paucas decolores, fusco-cinctas includens.

G. *Scutellum* totum fulvescens.

*Sp. 5. bardanae Schr.*

GG. *Scutellum* in medio et apice late nigricans.

*Sp. 6. confusa Mgn.*

FF. *Spatium marginale* inter venas quintam et sextam, fuscum guttis punctis vittisque numerosis pallidis variegatum.

*Sp. 7. formosa Lw. (1).*

BB. *Alae* marginae apicali late fusco, guttis aut vittis albidi signato, vel fusi et albidi radiato, punctis nullis liberis, fuscis, in margine.

---

(1) Huic sectioni referenda sp. *truncata* Lw., si in Italia inveniatur.

H. *Spatium marginale* inter venas quintam et sextam guttis, punctis vittisque numerosis pallidis in fuscedine sparsis, non maculis paucis decoloribus fusco-limbatis, latiusculis.

*Sp. 8. arnicae L.*

HH. *Spatium marginale* inter venas quintam et sextam, maculas latae paucas et puncta aliqua decoloria includens.

I. *Alae* late nigricantes vel obscure-fuscae, fuscedine sparsim albidi guttata et punctata: non late decolores, macula tantum fusca, radiata apicali.

K. *Abdomen* in utroque sexu nigro-hirtulum, saltem late in disch dorsuali segmentorum, non totum pallide pubescens.

L. *Pedes* toti vel fere toti lutescentes.

*Areola stigmatica* tota fusca punctum pallidum includens.

*Sp. 9. fallax Lw.*

LL. *Pedes* plus minusve late nigricantes, praesertim ad femora, et magis in mare.

*Areola stigmatica* tota fusca, puncto pallido nullo.

*Sp. 10. decipiens Mihi.*

KK. *Addomen* in utroque sexu totum pallide pubescens.

M. *Areola stigmatica* tota fusco-nigricans, puncto pallido nullo.

N. *Abdomen* sub-testaceum, et fulvescente-pilosulum.

*Sp. 11. rufina Mihi.*

NN. *Abdomen* cinerascens, et sub-albidi pilosulum.

O. *Alarum* macula major albida costalis, vix sejuncta a minore retro-posita, crassitie venae tertiae longitudinalis.

P. *Macula limpida* retro posita costali majori, ad venam quartam non extensa postice, vel raro, vix eam angustissime tangens.

*Sp. 12. conjuncta Lw.*

PP. *Macula limpida* retro posita majori costali, venam quartam postice late tangens.

*Sp. 13. sejuncta Mihi.*

OO. *Alarum* macula major costalis, et minor retroposita, sejunctae  
a nigredine latiuscula.

*Sp. 14. pulcra Lw.*

MM. *Areola* stigmatica vel non tota nigricans, vel punctum pal-  
lidum includens.

Q. *Costa alarum* inter apices venarum secundae et quartae, ma-  
culas sex albidas, subquadratas, a radiis fuscis divisas, praebens.

*Sp. 15. guttata Full.*

QQ. *Costa alarum* inter venas secundam et quartam, maculas vel  
guttas albidas, ad summum quinque ferens.

R. *Costa* inter venas secundam et quartam, guttis vel maculis quin-  
que decoloribus notata.

S. *Alarum* apici macula lata, decolor adest, inter venas quartam  
et quintam, fuscedine angusta sejuncta a proximis interioribus  
— *Abdomen* basi non lutescens.

T. *Vena transversa* exterior fere sita extra guttam majusculam  
anteriorem, non certe contra medium guttae ipsius. — *Terebra*  
ferruginea, apice nigricante.

*Sp. 16. conura Lw.*

TT. *Vena transversa* exterior perfecte contra medium sita maculae  
limpidae ante-positae.

*Terebra* nigricans, in medio plus minusve rufescens, saltem ad  
latera.

*Sp. 17. leontodontis De G.*

SS. *Alarum* apici inter venas quartam et quintam, punctum par-  
vum limpidum adest, fuscedine lata ab interioribus divisum —  
*Abdomen* basi lutescens.

*Sp. 18. vespertina Lw.*

RR. *Maculae* vel *guttae* decolores quatuor tantum adsunt in costa  
inter venas secundam et quartam: *guttae* duae exteriore sub-  
apicales, seu sitae ante apicem venae quartae, et aliquando con-  
fluentes.

U. Maculae et guttae decolores costales, duae ante apicem venae tertiae, et duae ante apicem quartae positae.

V. *Antennae, palpi et proboscis obscure fusca, sub nigricantes.*

*Sp. 19. obscuricornis Mihi.*

VV. *Antennae palpi et proboscis fulvescentia.*

Y. *Vena transversa exterior perfecte sita contra medium guttae limpidae majusculae antepositae.*

*Maculae duae* maiores limpidae costales, et *tres* minores retro posita alternatim locatae.

X. *Pedes toti fulvescentes — Abdomen basi plus vel minus lutescens.*

*Sp. 20. matutina Mihi.*

XX. *Pedes femoribus late nigricantibus.*

*Abdomen basi non lutescens.*

*Sp. 21. dioscuraea Lw.*

YY. *Vena transversa exterior, non contra medium sita guttae limpidae anterioris, sed fere extra ipsam.*

*Maculae limpidae sub maiores costales, non tres sed duae tantum distinctiores.*

Z. *Pedes femoribus plus minusve nigricantibus, aut fusco-vittatis: — Abdomen basi non lutescens.*

*Sp. 22. praecox Lw.*

ZZ. *Pedes omnino fulvescentes — Abdomen, praesertim maris basi plus vel minus lutescens.*

*Sp. 23. cincta Lw.*

UU. *Maculae decolores costales tres ante apicem venae tertiae; una ante apicem quartae.*

*Sp. 24. tenera Lw.*

JJ. *Alae fere totas decolores, macula tantum radiata fusca lata apicali.*

*Sp. 25. radiata Fall.*



*Sp. 1. T. helianthi Rossi.*

eluta *Mgn. Mcq. Lw. Schin. Frstd.*

Cana, *capite, antennae pedibusque rufescentibus, antennis colore saturatiore.*

*Alae* fere totae decolores, areola stigmatica lutescente, vel partim luteo-fusca, et fuscedine diluta, irregulari in parte sub-apicali anteriore vix tinctae.

*Terebra* longa circiter ut segmenta quatuor ultima abdominis, nigra, late albidi puberula.

In tota Italia ab alpibus ad Melitam, in provinciis mediis et superioribus vulgaris, in floribus variis, praesertim Centaurrearum.

---

*Sp. 2. T. dio idis Dufr. (1).*

*stictica Lw.*

Cana, *facie antennis pedibusque testaceis : antennis articulo penultimo puncto fuscō superne notato.*

*Alae* late decolores, fasciolis, vittis punctisque fuscis variegatae, fasciolis tribus distinctioribus, sub areolam stigmaticam, ad apicem venae tertiae, et circa venas transversas sub-intermedias positis: stigmate sub spinulam costalem nigricante: limbo apicali fuscō-trinotato, punctis fuscis duobus liberis ad apices venarum quartae et quintae, tertio post et prope apicem venae tertiae. Spatium marginale inter venas quintam et sextam maculis paucis, latis, sub-confluentibus limpidis fere totum tectum: Areolæ basalis interioris, apici adest macula parva nigricant, et ibi vena septima nigra.

*Terebra* nigra, albidi-pilosula, sat brevis, circiter longitudine segmenti ultimi abdominis, aut parum ultra.

---

(1) Sotto questo nome fu comunicata al Loew dal Dufour, e preferisco il nome di *Diotidis* a quello di *stictica*, perchè fa conoscere la pianta sulla quale vive, determinata dal Prof. Cesati come la *Diotis candidissima*.

In Italia australi lecta a Cl. Haliday, prope Lucrinum, in *Dio-tide candidissima* vivens.

---

*Sp. 3. T. hyosciami Lin.* et auct. fere omnes.  
umbellatarum *F. Rossi.*

Similis praecedenti colore corporis, faciei, antennarum et pedum, sed pictura alarum diversa, et longitudine sat majore terebrae analis etiam distincta.

*Maculis et vittis alarum* difert: areola stigmatica fusca punctum pallidum includens, non basi nigricante, apice decolore: margo apicalis punctis duobus fuscis tantum notatus, tertio prope apicem venae tertiae deficiente: macula nigricans ad apicem areolae basalis interioris sat latior, et vena septima longius nigricans.

*Terebra* analis longitudinem aequans segmentorum duorum apicalium abdominis: nigra et albo-pilosula.

A me non lecta, sed teste Rossio in Etruria vivit.

---

*Sp. 4. T. heraclei Fab. Mgn. Mcqt.*  
postica *Lw. Schin.*

*Grisea albidi pubescens, capite, antennis, pedibusque testaceis: metathorace nigro: scutello thorace concolore.*

*Aiae fasciis duabus fuscis transversis, irregularibus, laceris, sub-intermediis: exteriore sub-interrupta: parum aut non pallide-guttatis: fascia tertia fusca longitudinaliter decurrente sub venam sextam, prope basim.*

*Areola* stigmatica tota fusca: punctisque sparsis, quorum duobus ad apices sitis venarum quartae et quintae.

*Terebra rufa,* basi albo pilosula, aliquando ad radicem fusca, et longitudinem dimidiam abdominis superans

Non infrequens in Italia superiori, a Prof. Bellardi, et eq. Garbiglietti in Pedemontio, et a me in agro parmensi lecta non raro.

---

*Sp. 5. T. bardanae Schr. Mgn. Zett. Lw. Schin. Wlk.*

*confusa?* p. (1) *Mgn. Mcq.* — *heraclei v. De G.*  
*hyosciami v. Fall.*

A praecedentibus, quibus proxima praecipue distincta.

Colore *scutelli* toto rufo vel rufescente: fasciis transversis fuscis alarum latioribus, in medio confluentibus: fascia longitudinali sub venam sextam nulla: areola stigmatica fusca, pallide unipunctata.

Aliae notae sunt. Apici alarum decolori puncta duo marginalia adsunt ad apices venarum quartae et quintae: spatium marginale, inter venas quintam et sextam rivulis tantum fuscis interscatum, intermedio punctum pallidum includente.

*Terebra analis rufa* vel ferruginea, lata, et longior duobus ultimis segmentis abdominis.

Non frequenter legitur in Italia superiori et media, praesertim tempore autunnali, in Lappis.

---

*Sp. 6. T. confusa Mgn. p. Macq. p.*

*dilacerata v. Lw. Zett.* — *hyosciami v. Fall.*  
*bardanae Zett. p.* — *claripennis Desv.*

A *T. bardanae* praecipue diversa, *scutello* toto vel fere toto griseo vel fusco, non testaceo: fasciis fuscis majoribus *alarum* in medio non confluentibus: *terebra anali*, nisi tota nigricante, in medio tantum rufescente, non tota rufa: aliae notae vero circiter ut in praecedente, scilicet. Capit antennae et pedes testacea.

Praeterea differentiae sequentes in pictura alarum notandae. Spatium marginale alarum inter venas quintam et sextam, maculam limpidam disformem includens, et punctum fuscum, liberum marginalem.

Fuscedo circa venam transversam exteriorem, a fascia fusca praecedente sejuncta, et cum exteriori supera confluens etc.

Raro lecta in Pedemontio a Prof. Bellardi.

---

*Sp. 7. T. formosa Lw. Schin.*

Similis *bardanae*, sed *scutello* nigricante limbo tantum lutescente: *alts* latius obscuris, maculis majoribus nigricantibus, in medio magis confluentibus, sed praecipue distincta *spatio marginali* inter venas quintam et sextam fusco, guttis, punctis vittisque pluribus albidis variegato, non late decolore rivulis aliquibus fuscis. *Terebra analis* basi et apice nigricans. in medio rufescens, et citer longa ut duo ultima segmenta abdominis.

Aliae notae circiter ut in *Bardanae*.

Raro legitur in Italia superiori et media.

---

*Sp 8. T. arnicae L. Sepl. Schin.*

*flavicauda Mgn.*

*arnicivora Lw. Zett.*

*Grisea*, capite et humeris rufescentibus, ut palpi: antennis pedibusque testaceis.

*Scutellum griseum*, lateribus paulo rufis.

*Alae obscure fuscae*, maculis, guttis, punctis, lineolisque pallidis cribratae; apice nigricante, vittis tribus albidis signato.

*Spatio marginali* inter venas quintam et sextam nigricante, albidi pluri-punctato, non late albo-maculato.

*Areola stigmatica* nigricans vittam pallidam includens.

*Abdominis* segmenta postice setulis albis subaequalibus marginata: *terebra* foem. rufa, et fere longa ut tria ultima segmenta conjunctim.

Rara in Italia boreali, a Prof. Bellardi in Pedemontio capta.

---

*Sp. 9. T. fallax Lw. Zett. Schin.*

leontodontis p. auct.

Griseo-cinerea, capite pedibusque luteo-rufis.

*Thorax* pallide pubescens — *Abdomen* nigro hirtulum, pilis albidis aliquibus praesertim ad suturas segmentorum.

*Humera* et latera scutelli paulo rufescentia.

*Alae* late irregulariter nigricantes, nigredine albo-maculata guttata et punctata: costa inter venas secundam et tertiam, maculas duas latiusculas et punctum albida continet: sub venam tertiam retro maculas duas majores limpidas, maculae due minores et punctum adsunt, aliquando confluentia: supra venam quintam et contra transversam exteriorem, macula limpida observatur sub-ovata.

*Areola* stigmatica nigricans, punctum parvum pallidum includit.

*Terebra analis* (in nostro sp.) nigra, lateribus in medio rufescentibus, et longa circiter ut duo ultima segmenta abdominis simul sumpta.

A tribus sequentibus pictura alarum praecipue distincta.

Semel mas a Prof. Bellardi, et semel foemina olim lecta a M. Spinola in Pedemontio.

---

*Sp. 10. T. decipiens Mihi ♂ ♀.*

conjuncta ♂ v. Lw.

Species pictura alarum sat distincta a paecedente, et similis duabus sequentibus et praesertim *Conjunctae* Lw.

Foem. et Mas abdome nigro-hirtulo, non pallide pubescente, a *conjuncta* et aliis proximis diversa, et similis Fallaci N. 9. — Mas vero etiam distinctus ab ista et illis, femoribus distincte nigricantibus, praecipue anterioribus, et etiam tibiis paulo infuscatis.

In Etruria raro masculum, et rarissimo foeminam invenit Cl. Haliday, et semel in Apennino ditionis Parmensis mas a me lectus.

(Nota) Cl. Löew, marem istius, cuius foeminam non vidit, varietatem esse credidit sp. propriae *Conjunctae*.

---

*Sp. 11. T. rufina Mihi.*

Foem. praecedentis et sequentis foeminis proxima, sed ab utraque diversa, praesertim colore corporis rufescente, non griseo, et pubescentia fulvescente, non albicante; et distincta a duabus praecedentibus dorso abdominis non nigro-hirtulo: praeterea *scutellum* rufinae late testaceum, vitta tantum fusca intermedia.

*Oviductum* fusco-rufum apice nigro, et brevius segmentis duobus ultimis abdominis.

*Alae* circiter pictae un in duabus proximis, tamen disco nigricante, praeter guttam limpidam sita contra venam transversam exteriorem, puncta magis numerosa includente.

*Caput, antennae, pedes*, ut in sp. sequente rufescentia.

Foeminam unicum observavi in Pedemontio captam a Professore Bellardi.

---

*Sp. 12. T. conjuncta Lw. Zett. Schin.*

cum aliis spec. confusa ab aliis Auctor.

*Grisea, cinerei vel albidi pubescens.* —

*Antennae et pedes* fulvescentes vel lutescentes, femoribus maris aliquando inferne paulo infuscatis, non distincte nigricantibus.

*Alae* basi late limpida parce fusco punctata, extra disco late nigricante apice et postice nigredine radiata, margine anteriore in costa albo-punctata et maculata, in parte centrali parcissime aut uniguttata. Areola stigmatica tota nigricante: costa post venam secundam albo-bimaculata, macula majuscula obliqua, cum gutta posteriori in eadem linea recta continuata, sejunctis tantum a crassitie venae tertiae longitudinalis: disco nigro guttam limpidam semper includente contra venam transversam exteriorem, et aliquando puncta pauca et parva.

*Oviductum* nigrum, longitudine duobus ultimis segmentis abdominis subaequale.

Variat punto albo costali ante apicem venae tertiae vel extante vel non, et punto parvo extra guttam venae tertiae inixam distincto vel nullo.

Vulgaris in tota Italia, sed magis in boreali et media.

(Nota) Fra i numerosi individui di questa specie da me osservati, esistono tre varietà ben distinte per differenze nelle macchie limpide delle ali, che se fossero accompagnate da qualche altro carattere costante, potrebbero valere a distinguere tre specie diverse, che sarebbero così caratterizzate.

- a. Costa alarum in parte apicali venae tertiae punctis vel guttis duabus albidis notata, una ante una prope apicem.
  - b. Macula limpida sita retro duas costales majores, parva, et a vena quarta retro posita plus vel minus distans.
    - 1. Conjuncta *Lw.*
    - bb. macula limpida sita retro duas majores costales, lata et venam quartam attingens.
    - 2. Separata *m.*
    - aa. Alarum costa, ad apicem venas tertiae uniguttata.
    - 3. Divisa. *m.*
- 

*Sp. 13. T. sejuncta Mihi.*

Similis varietatibus aliquibus praecedentis, et facile cum iisdem confundenda, tamen notis hisce constantibus difert.

- 1º Macula et gutta limpidae, et saepe etiam punctum adsunt, aliquando confluentia, venae longitudinali tertiae innixa, sub maculas majores costales: non macula vel gutta unica.
- 2º Macula vel maculae retro venam tertiam positae, ad venam quartam extensa vel extensae, non ab hac plus vel minus remotae.
- 3º Macula major costalis, numquam in eadem linea recta et obliqua, cum alia retro posita continuata.

Mares a me observati, omnes femora tota rufescens praebent: caetera circiter ut in *Conjuncta*.

Non frequenter legitur in tota Italia, a Prof. Bellardi in Pedemontio lecta; a Piccioli in Etruria; a Prof. Costa in provinciis australioribus, et a me in collibus sub-apenninis ditionis parmensis.

---

*Sp. 14. T. pulcra Lw. Frød. Schin.*

Similis *conjunctae*, sed non difficiliter dignoscenda:

- 1<sup>o</sup> guttis limpidis duabus, retro duas costales mayores, rotundis et nigredine plus minusve latiuscula ab iisdem sejunctis.
- 2<sup>o</sup> guttis duabus majusculis, non unica, in disco nigro, supra venam quintam, aequidistantibus a venula transversa intermedia.
- 3<sup>o</sup> vena transversa exteriore non contra medium sita guttae maiusculae anterioris, sed extra guttam ipsam, quamvis prope.

Praeterea statura paulo major: grisecentia paulo lutescens: basis alarum minus late limpida: oviductum rufo-marginatum etc.

Non infrequens in tota Italia etiam insulari: a Bellardi et Garbiglietti in Pedemontio, a Piccioli in Etruria, ab Haliday in Sicilia, et a me in collibus agri parmensis lecta non raro.

---

*Sp. 15. T. guttata Fall. Mgn. Lw. Zett. Schin.*

gemmata Mgn.

Species faciliter ab omnibus dignoscenda, margine alarum toto fuscō-radiato, disco nigrante guttas quatuor majusculas limpidas, rotundatas includente, simetrica remotas: costa alarum, inter venas secundam et quartam, maculas sex decolores, subquadratas, a radiis fuscis divisas praebente: macula stigmatica nigra puncto pallido notata etc.

Sp. nondum in Italia capta. Exemplar meum Germanicum, a Cl. De Roser missum.

Conf. descript. Zetterst. VI. p. 2245.

---

*Sp. 16. T. conura Lw. Zett. Schin.*

Statura distinete major T. *Leontodontis*, a quo corporis colore et pedum, pictura alarum etc. aegre dignoscenda: tamen distinctissima, praescrtim notis foeminae, cuius *oviductum* segmenta tria ultima abdominis circiter longitudine aequale, et fusco-rufum apice

anguste nigricante; non ut in *Leontodontis* vix longitudinem aequans segmentorum duorum apicalium, et colore niger, lateribus tantum rufescentibus. Sed uterque sexus etiam distinguendus charactere parvi momenti, prius non observato, sed non aegre observando, scilicet, in *conura*, vena transversa exterior alarum non contra medium sita est guttae majusculae rotundatae anterioris, sed fere extra guttam ipsam, dum in *T. leontodontis* gutta eadem sub-ovata, et contra venam transversam exteriorem perfecte locata videtur.

Utriusque sexus specimen tantum observavi collectionis Bellardi in Pedemontio capta.

---

*Sp. 17. leontodontis De G. et Auct. omnes.*

*Caput* et *pedes* lutei, corpus griseum, aliquando sublutescens, paleo pilosulum: *scutellum* ad latera non raro lutei limbatum. *Alae* fusco-reticulatae, plagiis duabus latiusculis, irregularibus, obscurioribus in margine antico: Areola stigmatica nigra punctum limpidum includens: costa extra venam secundam bimaculata, maculis limpidis majusculis, quibus retro guttae duae et punctum adsunt retro venam tertiam: costa ad apicem venae ejusdem albidi bivittata, vitta una ante apicem, alia in apice ipso — *Vena transversa exterior* perfecte contra medium posita maculae decoloris, sub-ovatae, anterioris: apici alarum macula adest limpida, latiuscula, inter venas quartam et quintam, a vittis proximis fuscedine latiuscula sejuncta.

*Abdomen* basi non lutescente maculatum: oviducto nigro rufo-marginato, vix longitudine segmenta duo ultima abdominis aequante: quibus notis foeminae, et illae guttae pallidae alarum contra venam transversam exteriorem, praecipue a *Comura* sp. ista distinguenda.

Vulgaris in tota Italia.

---

*Sp. 18. T. vespertina Luc. Schin.*

Similis praecedenti, at minor at diversa:

1º *Abdomine* plus vel minus ad basim luteo-maculato, vel vitato, saltem ad latera.

2º *Oviducto* rufo, apice anguste nigricante.

3º *Alarum* apice nigricante, puncto parvo costali inter venas quartam et quintam, a vittis limpidis interioribus late remoto, non macula lata signato.

*Alarum* costa, inter venas secundam et quartam, maculas duas et vittas tres includens decolores: basis fere tota fusco-reticulata. — Caput et pedes lutescentes, et aliae notae etiam oviducti, circiter ut in specie praecedente.

Foeminas duas tantum observavi, unam a Prof. Bellardi in Pedemontio, secundam a me in Apennino lectas.

---

*Sp. 19. T. obscuricornis m.*

Foemina similis foeminis specierum nonnullarum praecedentium et sequentium, sed ab omnibus diversa praecipue antennis nigricantibus, palpis fuscis, et proboscide nigra: apice antennarum tamen paulo minus fusco. — Ab una vel alia etiam diversa ut sequitur.

*Alarum* pictura fere aequalis *dioscurreae*, sed difert oviducto lateribus rufescentibus, non toto nigro, et etiam femoribus anticis tantum extra paulo fuscis, non omnibus plus minusve late et distincte nigricantibus.

A *matutina* etiam distincta ab domine basi non neque anguste lutescente.

A *precoce* quoque et *cincta* distinguenda, prae ceteris, statura paulo majore, et vena transversa exteriore perfecte contra medium sita guttae limpidae anterioris non fere extra guttam ipsam.

Foeminam unicam legit in Sicilia D. Mina Palumbo.

---

*Sp. 20. T. matutina m.*

Similis habitu *vespertinae* et *leontodontis*, sed statim distinguenda maculis vel guttis quatuor limpidis costalibus, non quinque, inter venas secundam et quartam: a sequentibus vero distincta vel pedibus omnino luteo-fulvis, vel vena transversa exteriori contra, non extra medium sita guttae limpidae anterioris, vel aliis notis.

Grisea, capite, antennisque fulvescentibus, scutelli lateribus et abdominis basi saltem anguste lutescentibus praesertim in masculo. — Alae totae obscure fuscae, late albo-guttatae et maculatae, costa nigro-lineolata et punctata: macula limpida costalis prope venam secundam, postice concomitata serie guttularum quatuor, (in foemina nostra), vel macularum sub-confluentium, (in maribus observatis), *ante venam transversam intermediate*: macula costalis sita extra praecedentem, anteposita maculis duabus, istis gutta majuscula postice concomitatis: omnibus extra venam transversam intermediate: apice macula limpida latiuscula marginali notato, a serie transversa interiori macularum fuscedine non angusta sejuncta: areola stigmatica nigricante, guttam pallidam includente: vena transversa exteriore contra medium perfecte sita guttae limpidae anterioris.

Oviductum nigrum, rufo-marginatum, longitudine segmenta duo ultima abdominis subaequans.

Foeminam unica in colle sub-apennino, mense januario legi, et mares paucos in Sicilia capta a Cl. Haliday observavi.

*Sp. 21. T. dioscorea Lw.*

Similis praecedenti habitu et pictura alarum, sed statura minor, et sat distinctus, praesertim.

1<sup>o</sup> *Femoribus* in utroque sexu plus vel minus nigricantibus, non pedibus totis et omnibus fulvo-luteis.

2<sup>o</sup> *Abdomine* basi non lutescente neque anguste in utroque sexu.

3<sup>o</sup> *Oviducto* omnino nigro non ad latera distincte rufescente.

*Sp.* a me non observata, sed teste Loewio in Corsica inventa.

*Sp. 22. T. precox Lw.*

Habitu et statura similis praecedenti, sed pictura alarum colore pedum et oviducti, et aliis notis sat distinctus.

*Alarum* maculae duae limpidae majores costales, a duabus et duabus, retro positis, concomitatae, quarum interiores manifeste sat latiores, et exterius duas parvas, guttiformes praecedunt: omnes vero extra venam transversam intermedium positae: vena transversa exterior non contra medium sita maculae majusculae anterioris sed fere extra: gutta lata apicalis in margine adest ut in sp. praecedente: sed nota distinctiva majoris momenti, qua a variis affinibus species ista dignoscitur, in venae quintae longitudinalis segmento penultimo observanda, praecedentis longitudinem fere aequante, non ejusdem medietate valde breviore.

*Abdomen* basi non lutescens neque in mare: *Oviductum* totum nigrum, circiter duplo longius segmento ultimo abdominis.

*Pedes* femoribus, saltem inferne plus vel minus fuscis, vel nigricantibus etc.

Raro legitur in Italia superiori: mas in Pedemontio ab aequite Gariglietti lectus fuit, et in collibus apennini parmensis uterque sexus a me ipso, sed teste Loewio etiam in provinciis australioribus vivit, et in Sicilia captus.

---

*Sp. 23. T. cincta Lw.*

Omnibus minor, habitu et pictura alarum praecedenti similis, tamen sat diversus praesertim.

*Pedibus* omnibus et totis luteo-fulvescentibus, et *abdominis* basi plus minusve late et distincte lutescente-fasciata.

Aliae notae. et etiam segmentum penultimum venae quintae duplo tantum brevius praecedente, ut in sp. praecoce.

In Italia australi ab Haliday non raro lectus.

---

*Sp. 24 T. tenera Lw.*

Ab omnibus congeneribus statim dignoscendus, et forte generi proprio adscribendus, crassitie basali *aristae*; longitudine et forma

articuli tertii *antennarum*; et etiam proboscidis apice, quamvis breviter, retro paulo producta etc.

Pictura quoque *alarum* sat distincta: macula stigmatica basi limpida, apice nigra: costa inter venas secundam et quartam maculas quatuor limpidas includens, tribus ante venam tertiam, una ante venam quartam: basis limpida, macula nigra sat distinctiore in areola basali antica, punctisque aliquibus nigris tantibus.

Praeterea *caput* ut *pedes* testaceum: *antennae* maris nigris, foeminae rufescentes, utriusque sexus articulo ultimo longiusculo, angustato et subreflexo: arista ad basim crassiuscula et albicans apice exilis et fusca.

*Thorax* ut alibi luteo-pilosus, *scutello* flavicante — *Abdomen* maris segmento ultimo elongato sub angustato: foeminae oviducto nigro, pubescens fulvescente.

In agro ravennate raro lecta a Cl. Haliday.

---

*Sp. 25. T. radiata Fall. (exclus. synon.)*

*cometa Lw. Zett. Schin.*

Quamvis habitu et notis non nullis, speciebus generis sequentis affinis, tamen scutello quadrisetoso Gen. *Tephritidi* adscribenda. sed in cauda, transitionem indicans ab uno ad aliud.

Corpus griseum, *capite* albicante: *fronte antennis, pedibusque* rufo-flavis.

*Alae* late decoloratae, macula lata fusca, apice et postice radiata, radiis quinque marginem attingentibus: macula in costa albidi biguttata, et intus fasciola dilute fusca areolae stigmatae conjuncta etc.

*Oviductum* rufum, apice anguste nigro, et longitudine duobus ultimis segmentis abdominis sub aequale.

Nondum in Italia capta, sed faciliter invenienda.

---

(continua)

# ORTALIDINAE ITALICAE

COLLECTAE, DISTINCTAE ET IN ORDINEM DISPOSITAE

Prof. CAMILLO RONDANI

## DIPTEROLOGIAE ITALICAE

Prodromi

Pars VII Fasc. I. — V. Pag. 3.

Gen. XVII. DITRICHA. *Rndn.* 1856

*Tephritis Latr. Fall. Zett. Schin.* — *Acynia p. Macq.*  
*Tripeta Mgn. Wlk. Frſſd.* — *Urellia p. Desv. Rndn. Lw*  
*Carpotricha Lw. p. Schin. p.* — *Spathulina Rnd. p.*  
*Musca Fst. Rossi. Schr. Pnz.*

*Epistomium* parum aut non manifeste porrectum.

*Broboscis* non aut vix paulo retro flexa et producta.

*Thoracis* dorsum pubescentia pallida indutum.

*Scutellum* setis duabus tantum lateralibus praeditum.

*Alae* vena quarta longitudinali nuda: quintae segmentum penultimum duplo circiter nisi magis brevius praecedente: transversa intermedia extra apicem sita secundae longitudinalis.

*Pedes* femoribus anticis tantum inferne setigeris etc.

Generis istius nota praecipua distinctionis a *Tephritide*, adest in scutello bisetoso tantum, quod speciebus omnibus convenit, sed aliis characteribus vel illae vel istae a genere praecedente distinctae sunt, scilicet, vel venae quintae alarum segmento ultimo non breviore duobus praecedentibus conjunctim:

vel vena ultima postica sat abbreviata : vel spinula costali subnulla : vel articulo ultimo antennarum apice sub acuminato et sub-reflexo : vel proboscidis apice retro paulo producto etc. etc. ideo genus facilius in nonnullis dividendum, exempli gr. ut sequitur.

a. *Antennae* apice acutiusculo et sub-reflexo.

† *Urellia Desr.*

aa. *Antennae* apice mutico, et non sub-reflexo.

b. *Venae quintae longitudinalis* segmentum ultimum longius duobus praecedentibus conjunctim aut saltem non brevius.

*Proboscis* apice paulo retro producto.

‡ † *Actinoptera Mihi*

bb. *Venae quintae* segmentum ultimum brevius duobus praecedentibus conjunctim.

*Proboscis* apice non retro producto.

† † † *Ditricha Rndn.*

cum *Spathulina Rnd.*

Sub-genera ista characteribus sequentibus praecipue distinguenda.

† *Urellia Desr. Rndn. Lw.*

*Acynia p. Macq.* — *Tephritis Lat. Fall. et alior.*

*Tripeta Mgn. et alior. etc.*

*Antennae* apice sub-acuminato et paulo reflexo.

*Proboscis* apice haud retro producto.

*Epistomium* modice porrectum.

Abdominis segmenta ciliis distinctis non marginata.

*Venae quintae longitudinalis* segmentum penultimum, triplo circiter longius praecedente, et duobus istis simul sumptis ultimo longioribus: areola basalis anterior parum aut vix longior posteriore, et apici sistens contra non sat extra originem venae quartae a quinta etc.

---

† *Actinoptera Mihi.*

*Urellia p. Lw.* (non *Desr.*) — *Tripeta Mgn. etc.*

*Antennae* apice mutico, non subreflexo.

*Proboscis* apice breviter retro producto

*Epistomium* paulo porrectum.

*Venae quintae* segmentum penultimum duplo circiter brevius praecedente, istis duobus simul sumptis vel brevioribus vel non longioribus ultimo: vena septima, seu ultima postica, marginem alae non attingens, nisi sat abbreviata etc.

---

††† *Ditricha Rndn* (1856).

*Carpotricha Lw.* p. (1862) *Schin.* p.

*Tripeta p. Mgn. Lw.* — *Spathulina p. Rndn* (1856)-

*Antennae* apice mutico, et non subreflexo.

*Proboscis* retro non producta.

*Epistomium* non aut vix porrectum.

*Venae quintae* segmentum penultimum medietate praecedentis brevius, istis duobus simul sumptis ultimo longioribus: vena ultima postica marginem attingens: areola basalis antica distincte longior posteriore, et apice sistens sat extra, non contra, originem venae tertiae a quarta.

*Abdominis* segmenta margine postico segmentorum setulis, vel spinulis ciliato.

---

Species italicae subgeneribus hisce spectantes sic distribuendae et distinguendae.

A. *Alae* latissime decolores, macula tantum sub-apicali nigricante vel fusca, extrinsecus radiata.

a. *Maculae nigricantis* alarum radia duo tantum margini posteriori producta.

*Sp. 1. Stellata Fst. — (Urellia).*

aa. *Maculae fuscae* alarum radia tria margini posteriori producta.

*Sp. 2. parisiensis Desv. (Urellia).*

AA. *Alae* basi tantum magis vel minus late decolores, extrinsecus

nigredine radiata, guttas et maculas limpidae includente variegatae.

B. *Venae quintae* segmentum ultimum longius aut non brevius duobus praecedentibus conjunctim.

b. *Segmentum costae* alarum, inter venas secundam et tertiam, macula, guttis duabus, et non raro etiam puncto limpidis, notatum.

*Sp. 3. helichrysi n. (Actinoptera).*

bb. *Segmentum costae* alarum inter venas secundam et tertiam maculis duabus tantum limpidis notatum.

c. *Areola alarum* inter venas transversas exteriorem et interiores, macula majuscula, rotundata, limpida in nigredine notata — *Oviductum* sat longum.

*Sp. 4. aestiva Mgn. (Actinoptera).*

cc. *Areola* inter venas transversas exteriorem et interiores, vel nigredine immaculata, vel guttis aliquibus parvis notata. — *Oviductum* mediocre.

*Sp. 5. terminata Mgn. (Actinoptera).*

BB. *Venae quintae* segmentum ultimum manifeste brevius duobus praecedentibus conjunctim.

D. *Palpi* distincte producti ultra epistomium.

*Sp. 6. sicula Rndn. (Spathulina).*

DD. *Palpi* epistomium non superantes.

d. *Areola stigmatica* tota nigricans.

*Abdominis* segmenta setulis non spinulis ciliata.

*Sp. 7. megacephala Lw. (Ditricha).*

dd. *Areola stigmatica* nigra, punctum pallidum includens. — *Abdominis* segmenta spinulis ciliata.

*Sp. 8. guttularis Mgn. (Ditricha).*



Specier : Diagnos :

*Sp. 1. D. stellata Fuesl. Rossi. Lw. Schin.*

radiata *Schr. Fab. Pnz. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*

terminata *Fall. (non Mgn.)* — *Calcitrappa Desv.*

Grisea, pallide puberula, *capite lutescente albido*: *Antennis* vel lutescentibus vel fuscis, saltem partim.

*Alae macula radiata sub-apicali nigricante*: postice radios seu rivulos tres emitte, quorum duo tantum marginem attingunt: *vena transversa intermedia manileste magis proxima apici longitudinalis secundae quam apici tertiae.*

*Pedes femoribus saltam maris plus vel minus nigricantibus alibi lutescentes.*

*Oviductum atrum modice elongatum etc.*

Non infrequens in tota Italia, a Pedemontio ad Melitam.

---

*Sp. 2. D. parisiensis Desv.*

amena *Fraßd. Lw. Schin.*

Praecedenti proxima habitu, colore corporis et pubescentiae, pictura alarum, oviducto nigro et modice elongato etc.

Distinguenda vero non solum statura paulo majore, sed praecipue, alarum vena transversa intermedia circiter aequidistantie ab apicibus longitudinalium secundae et tertiae, non manifeste magis proxima apici secundae; macula sub-apicali radiata fusca non nigricante, et radiis tribus posterioribus marginem attingentibus: rivulo fusco, plus vel minus distincto et completo, ab areola stigmatica ad maculam radiatam oblique descendente: puncto fusco sub medium circiter venae longitudinalis sextae, plus minusve distincto etc.

Vulgaris in tota Italia, etiam insulari.

---

*Sp. 3. D. helichrysi n.*

Cinerea, albidi pubescens, *capite, antennis, et pedibus* partim, lutescentibus.

*Atae* tertia parte basali decolore, maculis aliquibus fuscis in serie transversa dispositis: extrinsecus nigricantes, albo-maculatae et guttatae, nigredine in parte apicali et posteriore radiata: costa inter venas secundam et tertiam intus maculis duabus, extra gutta, et aliquando etiam puncto intermedio albidis picta: nigredine sub maculam costalem majorem punctum pallidum includente retro venam tertiam: disco contra venam transversam exteriorem gutta unica mediocre notato: areola interposita venae transversae intermediae et radici alarum fere tota decolore, apici tantum anguste nigricante: areola inter venas interiores transversas et exteriorem latius nigricante, et supra venam sextam guttas duas includente cum maculis marginalibus confluentes: vena septima ultima sat abbreviata.

*Pedes* femoribus plus vel minus nigricantibus, praesertim in masculis.

*Oviductum* nigrum, hirtulum, et longitudine segmenta duo ultima abdominis aequans.

Raro lecta in Pedemontio a Prof. Bellardi.

---

*Sp. 4. D. aestiva Meig.*

*discoidea* Fall. — *gnaphalii* Fr. & L. v. Zett.

Similis praecedenti, sed statim dignoscenda, costae alarum segmento inter venas secundam et tertiam, maculis duabus tantum interioribus picto, minore ab extremo margine paulo remota, et venae tertiae, innixa, non venam costalem tangente et a tertia paulo distante: areola inter venas transversas interiores et exteriorem, in nigredine apicali maculam, albida, magnam, rotundatam, includente, non guttis parvis notata, nec tota extrinsecus nigricante etc.

*Oviductum* corporis longitudine parum brevius; caetera citer ut in *D. helichrysi*.

Conf. Diagn. Zett. T. *gnaphalii*, VI. p. 2250.

*Sp. a* me non observata inter italicas, sed facilius apud nos legenda.

---

*Sp. 5. D. terminata Mgn.*

filaginis *Lw*

Similis duabus praecedentibus, sed sat distincta, a Sp. *helichrysi*, segmento costae venis secundae et tertiae interposito, maculis duabus limpidis interioribus, non etiam gutta exteriori notato: et areola inter venuulas transversas interiores et exteriorem sita, vel extrinsecus tota nigricante, vel puncta aliqua parva albida includente, punctis venam sextam non tangentibus, et a maculis marginalibus sejunctis etc.

*A. sp. aestiva* vero dignota, areola interposita venis transversis maculam magnam in nigredine non includente, sed puncta parva vel nulla: maculis duabus albidis costae extra venam secundam marginem extremum tangentibus, non minore a vena costali paulo remota; vena tertia a macula minore praecedentium sejunta, non eam tangente: oviducto sat breviore, circiter duo ultima segmenta abdominis longitudine aequante etc.

Variat gutta albida adstante vel non retro venam tertiam, sub maculam costalem majorem: et forte speciei distinctae referenda exemplaria guttam albidam non praebentia sub maculam costalem, nomine designandae *separata* m.

Species *terminata* Meigenii, cum varietatibus raro inventa in collibus agri Lucensis a cl. Haliday.

---

*Sp. 6. D. Sicula Rndn.*

Nigra, grisei tomentosa et pubescens; *capite*, albo-lutescente; *palpis*, *antennis*, *pedibusque* totis luteo-rufis.

*Palpi* dilatato-compressi, et ultra epistomium sat producti.

*Scutellum*, ut toracis dorsum, magis griseum et apice nigro nitido — *Antennae* breves latiusculae, arista nuda, fusca.

*Alae* late nigricantes, nigredine parce albo-guttata et maculata, basi anguste decolore fusco tripunctata: spinula costali dupli, parva sed distincta: areola stigmatica tota nigricante, puncto nullo pallido inclusa: segmento costae inter venas secundam et quartam maculas quatuor decolores includente, duabus

prope venam secundam, duabus inter venas tertiam et quartam; macula majore sub venam tertiam continua: disco nigro, inter venas quartam et quintam, gutta unica mediocri albida notato, fere contra venulam transversam exteriorem: areola interposita venuis transversis exteriori et interioribus, nigra, maculam majusculam, rotundatam, versus medium, et prope transversam exteriorem guttam inferam et punctum superum decoloria includente: nigredine sub venam sextam maculam magnam marginalem et puncta duo praebente, et maculam et punctum etiam retro venam septimam ultimam.

*Abdomen* nigro-nitens, parce pallide pubescens, pilis paulo distinctioribus margini postico segmentorum:

*Oviductum* atro-nitens, longitudine segmentis duobus ultimis abdominis sub-aequale.

Foeminam unicam in Sicilia captam a Ghigliani, olim Clar. Spinola mihi transmisit.

---

*Sp. 7. D. megacephala Lw.*

Corpus luteo-rufescens, thoracis dorso et scutelli disco fusco-obscuris, pectore et metathorace nigricantibus, et basi segmentorum abdominis etiam paulo infuscata.

*Antennae* sat breves — *Caput* paulo latum.

*Alae* fere totae obscure fuscae, albidi maculatae guttatae et punctatae, ima basi tantum decolore: areola stigmatica tota nigricante; costa inter venas secundam et quartam maculis vel vittis quinque albidis signata, tribus ante, duabus post apicem venae tertiae, et retro venam ipsam gutta decolore concomitatis: disco inter venas quartam et quintam, maculas duas majusculas includente, unam ante, alteram extra venam transversam intermedium sitas. praeter punctum exteriorem et vittam interiorem: areola venis transversis interposita interioribus et exteriori, macula majuscula, vitta, et punctis aliquibus in nigredine inclusis: angulo interiori fusco, albidi pluripunctato, et maculas aliquas

post venam sextam includente, duas marginales, et aliquas interiores, sub-confluentes.

*Abdominis* segmenta pilis non setulis rigidis postice ciliata : oviductum ferrugineum, basi paulo obscuriore, et duobus ultimis segmentis abdominis paulo breviore (vaginula si producta non considerata).

Speciei exemplaria aliqua a cl. Haliday obtinui, in Sicilia lecta.

---

*Sp. 7. D. guttularis Mgn. Zett. Lw. Rndn. Schin.*

*capitata Fall.*

Nigricans, capite, antennis, et pedibus partim, luteo-fulvescentibus — *scutellum* atro-nitidum.

*Alae* totae nigricantes guttis et punctis numerosis albidis variegatae: areola stigmatica nigra punctum pallidum includente: costa inter venas secundam et tertiam albo-trimaculata, et inter tertiam et quartam bi-maculata: spatio marginali inter venas quintam et sextam nigricante, guttis quatuor et punctis duabus liberis albidis inclusis.

*Abdomen* nigrum, segmento ultimo atro nitido; segmentorum margine postico linea pallidiuscula cincto et setulis rigidis albis ciliato: oviducto sub-conico, atro-nitido, longitudine segmenta tria ultima abdominis fere aequante.

*Pedes* pallide lutei, femoribus late nigricantibus.

Foemina bis tantum a me lecta in montuosis agri parmensis.

---

Gen. XVIII. PLATYPAREA *Lw. Schin.*

*Tephritis Fall. Zett.* — *Tripeta Mgn.*

*Urophora Macq.* — *Dictia p. Fabr.*

*Proboscis* non bicubitata — *Antennae* breves, articulo ultimo sub-ovato, dorso recto: *arista* *crassiuscula*, nuda. *Frons porrecta* — *Facies retro inclinata*.

*Thorax ed Abdomen nigro-hirtula, non pallide pubescentia —  
Scutellum quatuorsetosum.*

*Alae* spinula costali sub-indistincta : vena secunda longitudinali paulo ante, non contra transversam intermediam, costali conjuncta : tertia recta : quarta setulis brevissimis ciliata : quintae segmento penultimo duplo saltem breviore praecedente : areola basalis interioris linea apicali undulata, angulo infero non elongato

*Pedes* subnudi, femoribus anticis tantum setigeris.

~~~~~  
Spec. italica observata — 1. Discoidea *Fabr.*

*Sp. 1. P. discoidea Fab. Lw. Ztt. Schin.*

*lychnidis Fall. Mgn. Macq.*

Nigra nitida, nigro-hirtula et setulosa : *capite, antennis, lateribus thoracis et scutelli* plus minusve rufescensibus : *pedibus* testaceo-luteis.

*Alae* fusco-fuliginosae, albo-maculatae et vittatae : maculis duabus mediocribus, subquadratis in costa ante areolam stigmaticam, vittis duabus pari modo in costa extra areolam ipsam : vittis quatuor in margine posteriore, quarum penultima postice bifida: disco guttas duas latiusculas, inter venas quartam et quintam, et guttam in areola basali anteriori includente.

*Oviductum* atrum, longitudine duobus segmentis ultimis *abdominis* sub-aequale.

In Italia superiori raro lecta. Marem una vice in Apennino parmensi inveni, et foeminam pedemontanam a cl. Genéo olim accepi, et nuper uterque sexus a Prof. Bellardi in Pedemontio captus (1).

~~~~~

---

(1) Spec. *poeciloptera* Schr., seu *Ortalis fulminans* Mgn., nescio si Italiae incola, et a me non observata, inde incerte generi isto, notis quibus a me distiuncto, referenda.

Picea, thoracis dorso, scutello et terebra nigris: abdomine grisei fasciato — Aliae obscure fuscae, maculis duabus costalibus in medietate basali, et vitta maiori sub-intermedia in margine anteriore albidis: spatio marginali ad basim, et fasciis duabus posterioribus in medietate apicali pariter albis — *Pedes rufi.*

In culmo Asparagi ejus larva vivit.

Gen XIX. PHAGOCARPUS. *Mihi*

*Anomoja Wlk.* (Idem Schevr. Coleopt. 1834).

*Anomoaea Lw.* (l) 1862 (Correct. *Anomoae Agass.* 1846).

*Tephritis Zett.* — *Tripeta Wdm. Mgn. Wlk. Lw.*

*Musca Harris.*

*Proboscis labiata*, non geniculata — *Antennae* modice elongatae, arista nuda.

*Thorax* niger grisescens, non pubescentia pallida superne indutus — *Scutellum* quatuor setosum.

*Alae* vena quarta parce et breviter setulosa : quintae segmento ultimo sat longiore duobus praecedentibus conjunctim: transversa exteriore valde elongata et sat obliqua : areolae basalis interioris angulo apicali infero distincte elongato.

*Pedes femoribus anticis tantum setigeris.*



*Sp. Ital. unica* — *Permundus Harris.*

*Sp. 1. G. permundus. Harris.*

antica *Wdm. Lw.* — *Zetterstedtii Boem.*

*Goedii Mgn. Zett. Wlk.*

*Nigricans, capite, antennis, pedibusque luteo-testaceis.*

*Thorax* dorso opaco, grisei sub-tomentoso, lateribus saltem postice, cum scutello lutescentibus.

*Abdomen* sub-glabrum, segmento ultimo lato, nitido; praecedentibus margine posteriore paulo griseo et nigro setuloso: oviducto foeminae vix porrecto.

*Alae* basi late nigricante, nigredine extrinsecus longe ramosa: ramo antico longissimo ad costam curvatim ascendentе contra apicem venae quartae: ramo altero longo a parte intermedia alarum descendente venam transversam exteriorem cingendo, margini posteriori producto: illo et isto a nigredine basali non orientibus: ramulis duobus minoribus, uno ad costam

assurgente, altero marginem posteriorem attingente: nigredine in costa albidi bimaculata, et postice contra areolas basales unimaculata, etc.

Spec. raro lecta in Etruria ab Haliday.

---

Gen. XX. ACYURA Desv. Rndn. Lw. Schin.  
Urophora p. Macq. — Tephritis Fall. Zett.

Tripeta Mgn. Costa O. — Musca Rossi.

*Proboscis* non geniculata ad apicem — Antennae mediocres, articulo tertio apice rotundato, dorso recto: arista nuda — *Scutellum* setis duabus tantum lateralibus.

*Thorax* et *Abdomen* dorso glabro et nitido, non pallide puberulo.

*Alae* spinula costali validiuscula: vena secunda longitudinali sat ante transversam intermedium costali conjuncta: quarta non neque ad basim setulosa: quinta segmento penultimo quadruplo et ultra breviore praecedente: areola basali interiori angulo apicali infero vix producto.

*Pedes* femoribus anticis tantum inferne setigeris.

---

Spec. Ital.

A. *Alarum* basis, ante areolam stigmaticam, fasciam albida plus vel minus latam praebens, a costa usque ad marginem posteriorem oblique producta.

*Pedes* femoribus tantum nigricantibus.

*Costa alarum* ad radicem anguste et dilute fusca, non fasciola nigra marginata.

*Sp. 1. coryli. Rossi.*

BB. *Pedes* femoribus et tibiis nigricantibus.

*Costa alarum* ad radicem fasciola nigra marginata.

*Sp. 2. tibialis Desv.*

AA. *Alarum* basis, ante areolam stigmaticam, maculas duas albidas praebens, postice non elongatas.

*Sp. 3. rotundiventris Fall.*

---

*Sp. 1. A. coryli Rossi.* (1)

femoralis *Desv. Mcqrt. Lw. Schin.*

rotundiventris *V. Mgn.*

Nigra nitida, subnuda, capite, antennis, tibialisque rufescens-tibus: halteribus albidis.

Alae nigrae albo maculatae et vittatae, basi albedine a costa prope spinulam, usque ad angulum axillare extensa, imo radice, paulo fusco-lutea: costa in medio maculis duabus subtrigonis; margine posteriori strigis amplis et longis tribus: disco guttis 2-3 albis, ornatis.

Pedes femoribus plus vel minus nigricantibus, tibiis et tarsis rufescens-tibus, excepto apice tarsorum, in masculis, nigro et latiusculo, in pedibus posticis.

*Oviductum foeminae* parum brevius ab domine.

*Vulgaris* in Italia boreali et media, et etiam in australi legenda.

Obs. variat alis striga obliqua albicante in parte anteriori sub-apicali; et disco gutta aliquando unica, saepius duabus, non raro tribus, plus vel minus parvis aut latiusculis: et in non nullis etiam signaturis hoc illuc sparsis, dilutioribus.

---

*Sp. 3. A. tibialis Desv. Lw. Schin. etc.*

gagates. *Lw.*

Paulo minor praecedente, cui in pluribus similis, colore corporis nigro-nitido, faciei et antennarum rufescente, halterorum albido, et etiam pictura alarum sub-aequali: tamen sat distincta:

*Fronte* obscura non rufescente — *Alis* basi fascia albicante angustiore; costa ad radicem ante fasciam albidam, anguste sed distincte nigro-marginata.

*Oviducto* foem. paulo breviore.

*Pedibus* etiam in tibiis nigricantibus, tarsisque totis etiam in masculis testaceis, non apice nigricante nec dilatato.

---

(1) Confer descriptionem Rossianam in mantissa.

Rarissimo lecto in apennino parmensi a me ipso, et in Etruria ab Haliday.

---

*Sp. 3. A. rotundiventris Fall. Mgn. Mcqt. Lw. Zett.*

Similis habitu duabus praecedentibus, a quibus tamen distinctissima, praesertim.

*Alis* basi, ante areolam stigmaticam, maculis duabus albidis, in costa, notata, non fasciam obliquam longam proebente: etc.

*Pedibusque* totis et omnino rufis etc.

*Sp. a* me non observata. In Italia australi vivit, teste Prof. Costa.

---

*Gen. XXI. OEDASPIS. Lw. p. Schtn. Rndn. (1)*

*Tripeta Lw.* (olim).

*Proboscis* nec exilis nec bicubitata. — *Antennae* forma ordinaria, arista nuda — *Epistomium* non porrectum nec lateribus inferne productis, facie non elevata — *Frons* non porrecta.

*Thorax* dorso non pallide pubescente : *scutellum* 4. setosum. *Alae* spinula costae sat exigua: vena secunda longitudinali contra, non manifeste ante, transversam intermedium costali conjuncta: quarta non ciliata: quintae segmentum penultimum brevius medietate praecedentis: Areola basali interiori angulo apicali infero parum elongato.

*Pedes* femoribus anticis tantum setigeris.

---

*Sp. Ital. unica* — multifasciata *Lw.*

*Sp. J. A. multifasciata Lw. Schin. Rndn.*

« *Flavescens*, thorace scutelloque atro-maculatis, media alarum fascia postice duplicata » *Lw.*

Fasciae et basis alarum fusco-ferrugineae: fasciae duae apicales antice late conjunctae: intermedia postice bifida, cum interiori antice late conjuncta.

*Foemina ignota*, inde notae oviducti non observatae.

*Sp. teste Loewio Italiae borealis etiam incola, sed a me non visa.*  
*(Nota). Sp. *fissa* Lw. Hispaniam habitans distincta est a multi-fasciata, praesertim colore corporis toto nigro-nitido.*

*Forte in plagis australioribus nostris invenienda.*

---

Gen. XXII. PHILOPHYLLA. *mihi.*

*Acydia p. Lw. Schtn. — Urophora p. Macqrt.*

*Tephritis Fab. — Tripeta Mgn. Lw.*

*Musca L. Fab.*

*Proboscis* non bicubitata — *Antennae* longiusculae, articulo ultimo paulo ad apicem attenuato: arista exili, nuda.

*Frons* non porrecta; facies perpendicularis.

*Thoracis* dorsum non distincte pallide pubescens.

*Scutellum* quatuor setosum.

*Alae* spinula costae sat exigua: vena secunda longitudinali sat ante, non contra, venam transversam intermedium costali conjuncta: quarta setulosa et paulo incurvata: quintae segmento penultimo duplo et ultra breviore praecedente: areola basali inferiore apice sat excavato, et angulo infero satis producto.

*Femora* antica tantum setigera.

---

Spec. Italicae.

A. *Thorax rufus*: *scutellum* flavescens.

*Sp. 1. onopordi Fabr.*

AA. *Thorax et scutellum* nigro-nitida.

*Sp. 2. centaureae Fabr.*

---

*Sp. 1. P. onopordi (onopordinis) Fabr. Mgn. Macq. Zett.*  
*heraclei Lw. Schtn. Lin.*

*Corpus testaceum, rufescens, vel melleum, scutello flavescente vel pallide luteo, metathorace nigricante bimaculato, maculis plus minusve latis, et aliquando in unica confusis — Frons flave-*

scens — *Facies et genae albantes* — *Thoracis dorsum aliquando obscurius lineatum, et vitta laterali pallidiore marginatum.*

*Alae luteae, rufescentes, vel ferrugineae, late albo-maculatae, numquam nigricantes, maculis non confluentibus, sic ut rufescens maculam unica ramosam irregularem constitutus: in costa rufescente maculas duas decolores proebent, una quadrato-elongata ante spinulam marginalem, altera latiore, sub-trigona post apicem venae secundae: margine posteriore latissime albomaculato, macula maxima exteriora a ramulo fusco-luteo in duas divisa, altera ad angulum interiorem sita: ante venam transversam exteriorem macula sub-rotundata, et sub areolam stigmaticam puncto decoloribus in disco notatae, puncto aliquando sub nullo, aut nullo. Pedes et halteres luteo flavi.*

*Abdomen* in utroque sexu aliquando partim, irregulariter infuscatum: oviducto foem. brevissimo.

Vulgaris in tota Italia.

---

*Sp. 2. P. centaureae Fab. Mgn. Macq. Zett.*

*heraclei var. Lw. Schin.*

*Corpus nigro-nitidum: capite, antennis, vitta laterali thoracis, pedibus, halteribusque flavo-luteis.*

*Alarum pictura ut in praecedente, sed colore semper sat obscuriore nisi saepius nigricante.*

*Variat in juvenilibus, thorace ad latera, et scutelli apice vel limbo aliquantulum rufescensibus.*

Frequens in tota Italia.

(*Nota*). Quantunque alcuni Ditterologi ritengano queste due specie come varietà di una sola, non ho creduto di poter adottare una tale opinione, perchè fra i numerosissimi individui dell'una e dell'altra da me osservati, non ho potuto verificare una graduazione così continuata di differenze da poterle fra loro congiungere.

Io penso piuttosto che le due specie, molto affini, si accoppiano fra loro, producendo ibridi più o meno somiglianti alla

madre od al padre, ma con variazioni limitate per modo, da poterli sempre riferire all'una od all'altra specie.

---

Gen. XXIII. ACYDIA Desv. Lw. Schin.

Tephritis Fall. Mgrt. Zett. — Tripeta Mgn.

Urophora. p. Mcqt.

Myoleja et Epidesmia (olim) Rndn.

Ocneros p. Costa O. — Haemilea Lw. Schn.

*Proboscis* non bicubitata — *Antennae* articulo ultimo sub-ovato-elongato; *arista* puberula.

*Frons* non porrecta — *Facies* non inclinata.

*Thorax* dorso levi, non distinete pubescente;

*Scutellum* quatuor setosum (1).

*Alae* spinula costali subnulla; vena secunda longitudinali satis aut parum ante non perfecte contra transversam intermedium costali conjuncta: quarta setulosa: quintae segmento penultimo manifeste longiore medietate praecedentis: areolae basalis interioris angulo apicali infero plus minusve sed distinete producto.

*Femora* antica tantum setigera.

*Oviductum* foem. sat breve.

---

Species Italicae.

A. *Alae* rivulis et fasciis obscuris, cum vittis fasciisque decoloribus pictae.

B. *Abdomen* et *thorax* tota rufescens.

C. *Areola stigmatica* lutescens, puncto fusco notata.

*Femora* posteriora inferne subnuda.

*Sp. 1. lucida* Fall.

CC. *Areola stigmatica* tota nigricans.

*Femora* posteriora inferne breviter sed crebre hirtula

---

(1) Corrige in Prodromi t. I. pag. 112 notam Gen. *Myoleja* « *Scutellum setis duabus » nam exemplaria nuper observata ac. *Lucidoe* Fall., generis typicae, scutellum quatuor setosum preuent, non ut specimen unicum prius mihi notum, in quo setae 2. scutelli, forte casu ceciderunt, neque vestigio insertionis relicto.*

*Sp. 2. cognata Wdm.*

**BB.** *Abdomen nigricans — Thorax testaceus, dorso fusco.*

*Sp. 3. caesio Harrs.*

**AA.** *Alae margine costali toto latissime ferrugineo-fusco: mar-*  
*gine posteriore toto decolore.*

*Sp. 4. dimidiata Costa O.*

---

*Sp. 1. A. lucida Fall. Zett. Rndn. Schin.*

*speciosa Lw.*

*cognata p. Mgn. Macq.*

*Corpus totum rufescens, leve, metathorace tantum nigrante-bi-*  
*maculato: — Arista vix puberula.*

*Alarum fasciae lutescentes et ferrugineae: areola stigmatica lutea*  
*punctum fuscum includente: pars apicalis fascias coloratas tres*  
*praebens, integras, antice confluentes et postice sejunctim mar-*  
*gini productas: fascia anteriore marginem late cingente usque*  
*ad apicem venae quintae, intermedia spatium decolore marginale*  
*in maculas duas magnas dividente, posteriore oblique ad mar-*  
*ginem descendendo apicem venae includente: Pars intermedia*  
*fasciis duabus obliquis decoloribus intersecata, a costa orientibus;*  
*inferiori ad medium alae circiter sistente, exteriori fere ad mar-*  
*ginem posticum producta.*

*Pars basalis maculam decolorem ante areolam stigmaticam includit,*  
*et postice spatium marginale decolore, fasciola tantum fusca cum*  
*vena ultima decurrente, et abbreviata: vena transversa inter-*  
*media parum extra apicem sita secundae longitudinalis.*

*Pedes* femoribus posterioribus inferne subundis.

Semel marem inveni in montuosis agri parmensis, et semel  
sexus ejusdem exemplar legit in Pedemontio Prof. Bellardi.

---

*Sp. 2. A. cognata Wdm. Mgn. Mcq. Lw. Zett. Rnd. Schin.*

*Colore corporis, pictura alarum etc. similis praecedenti, sed paulo*  
*major, et aliis notis distinctissima, praesertim:*

*Arista* distinctius puberula — *Alarum* vena secunda longitudinali costalem attingente sat ante, non fere contra transversam intermedium. — *Areola* stigmatica tota nigricante, non lutea puncto fusco inclusa — parte apicali fasciola fusca intermedia, spatium marginale posticum in duas maculas latas decolores dividente, vel nulla, vel incompleta, vel sat diluta, vel vix in margine incohata, non integra, perfecta, et basi cum adjacentibus connexa etc.

*Femoribus* etiam posterioribus a congeneribus omnibus diversa, inferne crebre et breviter puberulis, non subnudis.

Frequens in Italia praesertim boreali et media.

---

*Sp. 3. A. caesio Hrr's. (1776).*

*Lychnidis Fab. Lw. Zett. Schin.*

*Centaureae Fall. (non Fabr.)*

*discoidea Mgn. Mcqri. (non Fabr.)*

*Frons, Antennae, latera thoracis, et scutellum rufescens, pedibus ut halteres, pallidioribus — Facies paulo albicans.*

*Thoracis* dorsum plus vel minus fusco-obscurum.

*Alae* circiter ut in praecedentibus fusco fasciatae et albidi vittatae etc. areola stigmatica, ut in *cognata*, tota nigricante:

*Abdomen* nigricans, oviducto foem. concolore.

*Pedes* femoribus posterioribus inferne subnudis.

Rarissimo lecta in Pedemontio a Prof. Bellardi.

---

*Sp. 4. A. dimidiata Costa O. Lw. Schin.*

*Caput, Antennae, pleurae, pectus, pedes, halteres* luteo-testacea: thoracis dorso rufo lineis exilissimis 5-7, longitudinalibus fusci — *Scutellum* thorace concolor, et linea media obscura saepe signatum.

*Abdomen* atrum nitidum, basi paulo testaceum, brevissime nigro-hirtulum, et parce setulosum: oviducto concolore, depresso, latiusculo, breve, seu parum longiore segmento ultimo abdominale.

*Alae* in parte anteriori late nigro-fuliginosae, vitta parva albi-cante costali, ad apicem venae tertiae: margine posteriore toto hyalino decolore.

Non frequenter legitur in tota Italia saltem continentali, ab Alpina regione usque ad Provincias australiores.

(Nota) Il Prof Oronzio Costa, che ha descritta pel primo questa specie, le riuniva alla *musca pulchella* del Rossi in un genere comune, cui dava il nome di *OONEROS*, ma sono troppo fra loro diverse queste due specie perchè si possano ritenere come con-generi, e deve essere perciò adottato per la *pulchella* il Gen. *Toxoneura*, fondato per essa dal Macquart, e quindi resterà la sola *dimidiata* come tipica del Gen. *Ocneros*.

Recentemente il Prof. Loëw proponeva per la specie stessa del Costa la formazione di un genere sotto il nome di *Haemilea*, ma quando i caratteri, sui quali si appoggia, si credessero suffi-cienti per avvalorarne la fondazione, si dovrebbe per esso con-servare il nome anteriore di *Ocneros*. Io però sono d'avviso che la specie *dimidiata* presenti tutti i caratteri più importanti del Gen. *Acydia*, e si distingua soltanto dalle altre specie di tal genere, per lievissime diversità organiche, o per note di *ha-bitus* alquanto osservabili, alle quali non si dovrebbe mai accor-dare altro valore che di specifiche differenze.

---

Gen. XXIV. MOSINA Desv.

*Euphranta. Lw. Schin.*

*Ortalix Fall. Mgn. Macq. Zett.*

*Dictia et Musca Fabr.*

*Proboscis* nec elongata nec bicubitata — *Antennae* mediocres, ar-ticolo secundo sub-ungulato, ultimo longiusculo dorso paulo concavo sed apice rotundato.

*Arista* *distincliissime pilosula*.

*Scutellum* quatuor setosum — *Thorax* et *Abdomen* glabra, abdo-mine vix nigro puberulo.

*Alae* spinula costali indistincta: vena secunda longitudinali sat

ante, non contra transversam intermedium costali conjuncta: quarta basi tantum crebre setulosa: quintae segmento penultimo longiore medietate praecedentis: areola basali interiori angulo infero apicali parum producto.

*Femora omnia, etiam antica, setis destituta.*

~~~~~  
Spec. unica Italica — connexa *Fabr.*

*Sp. 1. M. connexa Fabr. Mgn. Macq. Zett. Lw. Schin.*

*Zetterstedtii Fall.*

*Caput, Thorax* cum scutello, et pedes. fere tota vel latissime flavo-testacea; capitinis puncto ocellari, et maculis duabus in occidente nigricantibus.

*Thorax* retro sub scutellum nigricante-nitidus, dorso in parte anteriori macula sub-cordata latiuscula, et postice vittis duabus apice bisidis, vel quatuor subsejunctis, atris.

*Alae* apice macula magna nigricante, postice sinu limpido excavata, fasciae transversae, connexa, usque ad costam ascendentem: areola stigmatica fusco-nigricante, fuscedine retro paulo diffusa.

*Abdomen* atro-nitidum, nigro-hirtulum, elongatum: oviducto foem. abdomine concolore, segmenta duo ultima abdominis longitudine paulo superante.

*Spec. ab omnibus stirpis propriae statim distinguenda.*

*Arista* distincte pilosula; *femoribus* anticis inferne non setosis, et *vitta albicante* ad latera thoracis lineis nigris marginata.

Rarissimo lecta in Pedemontio a Prof. Bellardi.



Linea C. *ADAPSILIOIDI.*

Alarum vena prima longitudinalis vix ad apicem a costali sejuncta,  
non late interrupta, nec in callositate diffusa — Ocelli non  
manifesti.

Genere unico europeo instructa.

Gen. I. *ADAPSILIA. Waga, Lw.*

*Pyrgota. Schin. (non Wdm).*

*Proboscis* non bicubitata — *Antennae* sat longae sub-erectae, articulo intermedio longiore ultimo, isto subovato-elongato: arista nuda. — *Frons* porrecta — *Facies* paulo inclinata.

*Scutellum* quatuor setosum.

*Abdomen* maris sub-ovatum, segmenta quatuor latitudine et longitudine parum diversa praebens: foeminae oviducto lato et longissimo magna parte instructum; basi cyatiforme, segmentis tribus posterioribus transversim linearibus et sub-confusis.

*Alae* vena secunda longitudinali saltem contra transversam intermedium costalem attingente: quarta nuda: quintae segmentum penultimum longius medietate praecedentis: areola basali posteriori angulo infero apicali distinete producto.

*Pedes* femoribus etiam anticis inferne pubescentibus et pilosulis, non distinete setosis.

*Sp. unica Italica. — coarctata Waga.*

*Sp. 1. A. coarctata Waga, Lw. Schin.*

Corpus fulvo-testaceum, *occipite* fusco bilineato: *genis* sub oculos vitta obscura signatis.

Maris *abdomen* segmentis postice linea saturatiore marginatis; foem. segmento primo apice dilatato, tribus sequentibus nigri-

cante pilosis et setulosis, in dorso transversim linearibus et sensim ad latera paulo latioribus: oviducto fere triplo longiore segmentis basalibus conjunctim: sat lato ad originem, et gradatim attenuato: nitida, brevissime et sparsim nigro hirtula.

*Alae* fusco-variegatae, maculis tribus fuscioribus in costa, quarum una interiori parva contra apicem venae primae; intermedia latiore et descendente ad apicem venae secundae; ultima sat lata, contra apicem venae tertiae et postice dilatata. Vena transversa exteriore fusco-limbata, fuscedine venam sextam longitudinalem partim includente, et apice areolae basalis interioris macula fusca concomitata.

*Spinula costalis* alarum indistincta.

Raro lecta in Italia boreali. Specimina duo a me observata lecta fuerunt, unum a Doct. De Bertolini in agro Tridentino, aliud ab Eq. Garbiglietti in Pedemontio prope lacum Viverone.

---

(*Nota*). Descriptio cl. Wagae in Annal. Soc. Ent. Gall. non exacta, et figurae non bonae: abdomen feminae non distinctum fuit ab oviducto longissimo, isto non suturis transversis diviso ut in iconе observatur etc. etc. Alarum vero dispositio in figuris omnino erronea et non consideranda.

---

Linea D. *DACOIDI* (1).

Scutellum setis duabus tantum apicalibus instructum — Antennae longae, articulo ultimo longissimo, epistomium attingente, nisi superante.

---

Genere unico italico instructa.

Gen 1. *DACUS Mgn. Macq. Rndn. Lw. Schin.*

*Oscinis Fabr. Lat.* — *Brachiopa Mgn.*

*Musca Rossi. Fabr.*

Antennae flexae, epistomium fere superantes, articulis duobus primis sat brevibus, arista nuda.

*Proboscis* labiata non bicubitata.

*Scutelli* setae duae apicales.

Corpus subnudum, thoracis dorso tantum breviter tomentoso.

*Alae* vena secunda ultra transversam intermedium paulo producta: tertia in costali fere aequidistante a quarta et secunda: quarta praesertim prope basim setulosa: quintae segmento penultimo praecedentis medietate longiore: areola basali interiori angulo infero apicali sat elongato.

*Pedes* femoribus omnibus etiam anticis inferne non setigeris.

---

Specie unica Italica instructum.

---

*Sp. 1. D. oleae Rossi et auct. omnes.*

---

(1) La sola specie italiana, e le poche esotiche, che costituiscono questo gruppo di dipteri, non potendo essere collocate nelle altre linee della loro stirpe, in modo da trovarsi avvicinate ad altre specie aventi analogia distinta con esse, ho creduto conveniente di adottare la sezione dei *Dacoidi*: già da altri proposta, formando così una quarta linea nelle *Ortalidine*, cui appartiene.

*Caput* flavescentis, punctis duobus nigris latiusculis ad latera epistomii — *Antennae* rufescentes apice anguste nigricante.

*Thorax* lutescens, pectore, metathorace, et dorso late nigricantibus — *Scutellum* flavum.

*Abdomen* rufum, lateribus late nigro-trimaculatis.

*Alae* limpidae, areola stigmatica, et macula parva ad apicem venae quartae fuscis.

*Pedes* pallide lutescentes : *halteribus* pallidioribus.

*Oviductum* foeminae nigrum, brevissimum.

Variat scutello basi nigricante vel non.

In tota Italia media et Australi, ubi *Olea rustica* colitur  
cujus fructibus in statu larvae vescitur.

---

# ORTALIDINAE

Lineae **TEPHRITOIDI: ADAPSILIOIDI et DACOIDI**

## GENERUM ET SPECIERUM INDEX

ACTINOPTERA <i>Rndn.</i> V. DITRICHA.	DITRICHA <i>Rndn.</i> . . Teph. Gen. XVII.
ACYDIA <i>Desv.</i> (*) . . Teph. Gen. XXIII.	— <i>amoena Frfld.</i> V. parisiensis.
— <i>centaureae Fall.</i> V. Caesio.	— <i>calcitratae Desv.</i> V. stellata.
— <i>caesio Harris.</i>	— <i>capitata Fall.</i> V. guttularis
— <i>cognata Wdm.</i>	— <i>discoidea Fall.</i> V. aestiva.
— <i>dimidiata Costa O.</i>	— <i>flaginaria Lw.</i> V. terminata.
— <i>discoidea Mgn.</i> V. Caesio.	— <i>gnaphalii Frfld.</i> V. aestiva.
— <i>lucida Fall.</i>	— <i>guttularis Mgn.</i>
— <i>lychnidis Fab.</i> V. Caesio.	— <i>helichrysi Rndn.</i>
ACYNIA <i>Desv.</i> V. XYPHOSIA.	— <i>megacephala Lw.</i>
ACYURA <i>Desv.</i> . . . . Teph. Gen. XX.	— <i>parisiensis Desv.</i>
— <i>coryli Rossi.</i>	— <i>radiata Schr.</i> V. stellata.
— <i>femoralis Desv.</i> V. coryli.	— <i>Stellata Fuest.</i>
— <i>gagates Lw.</i> V. tibialis.	— <i>terminata Mgn.</i> (non <i>Fall.</i> )
— <i>rotundiventris Fall.</i>	ENSINA <i>Desv.</i> . . . . Teph. Gen. XII.
— <i>tibialis Desv.</i>	— <i>Sonchi Lin.</i>
ADAPSILIA <i>Waga</i> . . . Adap. Gen. I.	— <i>obsoleta Mg.</i> V.
— <i>coarctata Wg.</i>	EPIDESMIA <i>Rndn.</i> V. ACYDIA.
ANOMOIA <i>Wlk.</i> V. PHAGOCARPUS.	EUPHRANTHA <i>Lw.</i> V. MOSINA.
ANOMOEIA <i>Agass.</i> V. Idem	GONIGLOSSUM <i>Rndn.</i> . Tep. Gen. XXIV
CAMPIGLOSSA <i>Rndn.</i> V. OXYNA.	— <i>Wiedmanni Mgn.</i>
CARPOMYIA <i>Rndn.</i> . . . . Teph. G. IV.	HALTEROPHORA <i>Rndn.</i> V. PETALOPHORA.
— <i>Buchicchii Frfld.</i> V. vesuviana.	HEMILEA <i>Lw.</i> V. ACIDIA.
— <i>cerasi Lin.</i> p. V. signata.	MOSINA <i>Desv.</i> . . . Tep. Gen. XXIV
— <i>Schinieri Lw.</i> V. vesuviana.	— <i>connexa Fab.</i>
— <i>signata Mgn</i>	— <i>Zetterstedtii Fall.</i>
— <i>vesuviana Costa A.</i>	MYOLEJA <i>Rndn.</i> V. ACYDIA.
CARPOTRICHIA <i>Lw.</i> V. OPLOCHETA	MYOPITES <i>Brebisson.</i> . . Teph. G. I
et DITRICHA.	— <i>Blotii Brbss.</i>
CERATITIS <i>Mac. L.</i> V PETALOPHORA.	— <i>Frauenfeldii Schin.</i> V. Blotii
CERIOCERA <i>Rndn.</i> . . . . Tep. G. X.	— <i>inulae De R.</i>
— <i>cornuta Fab</i> (non <i>scop.</i> )	— <i>limbardae Schin.</i> V. stylata.
CHETOSTOMA <i>Rndn.</i> . . . . Tep. G. VI.	— <i>longirostris Lw.</i> V. Blotii.
— <i>curvinervis Rndn.</i>	— <i>maculata Desv.</i> V. Id.
DACUS <i>Mgn.</i> . . . . Dac. Gen. I.	— <i>mentharum Desv.</i> V. Id.
— <i>oleae Rossi.</i>	

(\*) Non si può rimediare alla mancanza che mettendo il numero dei generi e notando la linea cui appartiene, perchè essendo questi sparsi in vari volumi, la citazione di pagina e di annata sarebbe troppo complicata.

- MYOPITES stylata *Fabr.*  
OCNEROS *Costa O. V.* ACYDIA.  
OEDASPIST *Lw.* . . . Teph. Gen. XXI.  
— *fissa Lw.*  
— *multifasciata Lw.*  
OPLOCHETA *Rndn* . . Tep. Gen. XIV.  
— *lineata Macq.* V. *reticulata*.  
— *pardalina Mgn.* V. Id.  
— *pupillata Fall.* V. Id.  
— *reticulata Schr.*  
ORELLIA *Wlk.* V. GONIGLOSSUM.  
— *Schin.* V. CARPOMYIA.  
— *Desv.* V. TEPHRITIS.  
OXINA *Desv* . . . . Tep. Gen. XIII.  
— *absynthii Fab.*  
— — *Lw.* V. *dracunculi*.  
— *arcuata Schr.*  
— *cinerea Desv.*  
— *corticina Rndn*.  
— *cibrina Rndn*.  
— *dracunculi Rndn*.  
— *elongatula Lw.* V. *absynthii*.  
— *temoralis Desv.*  
— *flavescens Desv.*  
— *flavipennis Lw.* V. *flavescens*.  
— *grandinata Rndn*.  
— *guttella Rndn*.  
— *irrotata Fall.*  
— *linariae Desv.* V. *arcuata*.  
— *marginata Fall.* V. Id.  
— *pantherina Fall.* V. *parietina*.  
— — *Zett.* V. *flavescens*.  
— *parietina Lin.*  
— *proboscidea Lw.* V. *cinerea*.  
— *producta Lw.* V. *punctella*.  
— *punctella Fall.*  
— *stenoptera Lw.*  
— *tessellata Zett.* V. *punctella*.  
OXYPHORA *Desv.* V. OXVNA.  
— *Lw.* V. XYPHOSIA.  
PETALOPHORA *Macq* . . Tep. G. VIII.  
— *hispanica Breme*.  
— *capitata Lw.* (non *Wdm.*)  
PHAGOCARPUS *Rndn* . . Tep. G. XIX.  
— *permundus Harrs.*  
— — *antica Wdm.*  
— — *Goedii Mgn.*  
PHILOPHYLLA *Rndn* . . Tep. G. XXII.  
— *centaureae Fabr.*  
— *heraclei Lin.* *Lw.*
- PHILOPHYLLA *onopordi Fab.*  
PHORELLIA *Desv* . . . Teph. G. VII.  
— *apicalis Zett.* V. *Zoe*.  
— *artemisiae Fabr.*  
— *hamifera Zett.*  
— *interrupta Fall.* V. *Artemisiae*.  
— *onopordinis Desv.* V. *artemisiae*.  
— *Zoe Mgn.*  
PLATYPAREA *Lw* . . . . Tep. G. XVIII.  
— *discoidea Fabr.*  
— — *lycnidis Fall.*  
— *paeciloptera Schr.*  
— — *fulminans Mgn.*  
PYRGOTA *Schin.* V. ADAPSILIA.  
RAGOLETIS *Lw.* V. CARPOMYIA.  
SITAREA *Desv.* V. TEPHRITIS.  
SPATHULINA *Rndn*. V. DITRICHIA.  
SPHENELLA *Desv.* V. OXVNA.  
SPYLOGRAPHIA *Lw.* V. STEMONOCERA.  
— *Schin.* V. ZONOZEMA.  
STEMONOCERA *Rndn* . . Tep. G. IX.  
— *cornuta Scop.*  
— — *abrotani Mgn.*  
STYLVIA *Desv.* V. MYOPITES  
TEPHRITS *Latr.* . . . . Tep. G. XVI.  
— *arnicae Lin.*  
— *arnicivora Lw.* V. *arnicae*.  
— *bardanae Schr.*  
— *cincta Lw.*  
— *claripennis Desv.* V. *confusa*.  
— *cometa Lw.* V. *radiata*.  
— *confusa Mgn.*  
— *conjuncta Lw.*  
— *conura Lw.*  
— *decipiens Rndn*.  
— *dilacerata Lw.* V. *confusa*.  
— *dioscurrea Lw.*  
— *diotidis Dufr.*  
— *divisa Rndn.* V. *conjuncta*.  
— *eluta Mgn.* V. *helianthi*.  
— *fallax Lw.*  
— *flavicauda Mgn.* V. *arnicae*.  
— *formosa Lw.*  
— *gemma Mgn.* V. *guttata*.  
— *guttata Fall.*  
— *helianthi Rossi*.  
— *heraclei Fabr.*  
— *hyosciami Lin.*  
— *leontodontis De G.*  
— *matutina Rndn.*

- TEPHRITS obscuricornis Rndn.  
— praecox Lw.  
— postica Lw. V. herachlei.  
— pulcra Lw.  
— radiata Fall.  
— rufina Rndn.  
— sejuneta Rndn.  
— separata Rndn. V. conjuncta.  
— stictica Lw. V. diotidis.  
— tenera Lw.  
— umbellatarum F. V. hyosciami.  
— vespertina Lw.
- TRIPETA Mgn. . . . . Teph. G. XI.  
— acuticornis Lw. V. longicanda.  
— alephron Nmn. V. colon.  
— arctii De G.  
— colon Mgn.  
— cylindrica Desv.  
— cynarae Rndn.  
— dentata Lw. V. serratulae.  
— dispar Wlrg. V. colon.  
— dorsalis Mcq. V. cylindrica.  
— — Desv. V. Jaceae.  
— exacheta Lw.  
— falcata Scop.  
— — Lw. V succinea.  
— flavescens Desv. V. falcata.  
— florescentiae L.  
— fuscicornis Lw.  
— intermedia Frfld. V. punctata.  
— jaceae Desv.  
— lappae Lin.  
— longicauda Mgn.  
— loricata Rndn.  
— lurida Lw. V. cylindrica  
— nebrodesia Rndn.  
— nebulosa Macq. V. colon.  
— 8-punctata Macq. V. falcata Scop.  
— Onothropes Lw. cylindrica.  
— pallens Wdm. V serratulae.  
— palpata Desv. V. Id.  
— punctata Schr.  
— — Lw. V. jaceae.  
— pusilla Desv. V. Id.  
— ruficaudis Fab. V. florescentiae.  
— serratulae Lin.  
— solstitialis Pnz. V. cylindrica.  
— steropea Rndn.  
— succinea Costa O.

- TRIPETA syllibi Rndn.  
— tussilaginis Fab. V. aretii.  
— vicina Macq. V. Id.  
— virens Lw.  
— vittata Rndn.  
— Wenigeri Mgn. V. colon  
URELLIA Desv. V. TEPRITIS.  
— Lw. V. DITRICA.
- UROPHORA Desv. . . . . Tep. G. II
- affinis Frfld.  
— aprica Mgn. V. centaureae  
— brunicornis Desv. V. Id.  
— cardui Lin.  
— — Desv. V. venabulata.  
— centaureae Desv.  
— cyrsii. Schr. V. stylata.  
— cuspidata Mgn. V. lejura.  
— dauci Fab. V. solstitialis.  
— eriolepidis Lw. V. centaureae.  
— hastata Fab. V. solstitialis  
— jacobeac Pnz. V. stylata.  
— lejura Rndn.  
— leucacanthi Schr. V. solstitialis.  
— macrura Lw. V. lojura.  
— pugionata Mgn. V. solstitialis.  
— quadrifasciata Mgn.  
— scutellata Rndn.  
— sibinata Rndn.  
— solstitialis Lin.  
— sonchi Desv. V. 4-fasciata.  
— stigma Lw. V. unimaculata.  
— stylata Fabr.  
— unimaculata De R.  
— venabulata Rndn.  
— veruata Rndn.  
— vulcanica Rndn.
- XYPHOSIA Desv. . . . . Teph. G. X v.
- arcuata Fab. V. miliaria.  
— arnicae Fall. V. Id.  
— cirsiorum Desv. V. Id.  
— corniculata Zett.  
— flava Lw. V. miliaria.  
— miliaria Schr.  
— Westermannii Mgn.
- ZONOSEMA Lw. . . . . Teph. G. V.
- alternata Fall.  
— continua Mgn. V. alternata.  
— Meigenii Lw.